



# **Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII**

**Alexander**

**Romae, 1667**

Index Decretorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)



ADMONITIO  
I M V T J R E D  
L E C T O R E M

INDEX  
DECRETORVM.

DECRE

ADMO- 2 2



# AD MONITIO AD LECTOREM.



**I**NEM imponit Librorum Prohibitorum Indicius hic postremus, qui Decretorum nuncupatur, tuo commode, Benigne Lector. In ipso enim reperies omnia Decreta, quae vel à Magistro Sac. Palatii, cum ratione Officii sui, tum iussu Sac. Congregationis, vel ab ipsis Sacris Congregationibus Indiciis, & S. Officij emanarunt. Id autem necessarium est, quia praeter Indicem Concilij Tridentini, in quo Libri digesti sunt in Classes, ad huiusmodi Decreta saepe reuocatis, quae post praedictum Indicem prodierunt. Quia verò aliquot Libri, non Sacrarum Congregationum sanctione, sed summorum Pontificum Constitutionibus comprobati sunt; suo loco, & tempore eorum Bullas describi curauimus, quatenus dignoscere possis, lecto primo Indice, qui plenus est, & vniversalis, è quo fonte omnium Librorum prohibitio dimanet.

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

ADMO C 55

DECRE-



# DECRETVM I. INDICIS.

*Super quorundam Missalium contra formam Bullæ PII PAPÆ V. Impres-  
sorum Prohibitione.*



OS Augustinus Valerius S. Marci de Verona; Si-  
meon Sancti Laurentij in Lucina de Terranova;  
Hieronymus Bernerius Sanctæ Mariæ super Miner-  
vam Asculanus; Marianus Perbenedictus SS. Petri  
& Marcellini de Camerino; Paulus Sanctæ Cæciliæ  
Sfondratus; Federicus Sanctæ Mariæ Angelorum in  
Thermis Borromæus; Cæsar SS. Nerei & Achillei  
Baronius; Franciscus S. Crucis in Hierusalem de  
Avila; Pompeius S. Balbinæ Arrigonius; Silvius S. Salvatoris in Lauro  
Antonianus; Robertus S. Mariæ in via Bellarminus; nuncupati Tituli S.  
R. E. Presb. Cardinales, à S. D. N. Clemente Divina Providentia Papa VIII.  
Sanctæque Sede Apostolica super Librorum permissione, prohibitione,  
expurgatione & impressione in vniversa Republica Christiana specialiter  
deputati.

*Vniuersis omnibus, & singulis Christi fidelibus, cuiuscumque status, gradus, ordinis,  
& conditionis, aut præminentie, tam in Italia, quàm extra, & vbi libet existentibus,  
ad quos præsentis Literæ nostræ pervenerint; salutem, & sinceram in Domino Catho-  
licæ fidei integritatem.*

SIGNIFICATVM est sanctiss. D. N. non sine gravi molestia, quod nonnulli Biblio-  
polæ, Impressores & Typographi, sui loci & muneris obliti, omnesque obedien-  
tiæ & modestiæ limites prætergressi, *Missale Romanum* imprimere atque edere & per-  
vulgare ausi sunt, à Romana eiusdem *Missalis* editione diversum ac plurimis in locis  
immutatum, adversus Decreta & Ordinationes huius Sanctæ Apostolicæ Sedis, ad  
quam solam pertinet quid in hoc genere observandum sit, præscribere. Nam cum  
piæ mem. Pius Papa V. *Missale Romanum* ex Decreto Sacri Tridentini Concilij resti-  
tutum Romæ edendum curasset, volens futuris incommodis providere, & hominum  
licentiam coercere, vt idem *Romanum Missale* incorruptum, & a mendis erroribusque  
purgatum præservaretur, decrevit & ordinavit, eidem *Missali* nihil vnquam adden-  
dum, detrahendum aut immutandum esse; ipsis verò Impressoribus nominatim diser-  
tis verbis & gravibus propositis pœnis, prohibuit ne *Missale* imprimere auderent, nisi  
impetrata à Commissario Apostolico licentia, & collatione facta cum *Missali* in Vrbe  
impresso, & attestazione adhibita quod inter se Codices concordarent neque in vilo  
penitus discrepant; quemadmodum in eiusdem Pij V. Literis, quæ in quovis

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
24.

*Missali* ad verbum describuntur, plenius continetur. Quæ omnia tam accuratè, & prudenter constituta, satis tamen non fuerunt ad quorundam Impressorum, præsertim in Civitate Venetiarum, intolerabilem audaciam frænandam: nam manu in missam planè alienam per summam temeritatem immitentes, in *Missali Romano* ab eis impresso ab anno 1596. exclusivè & publicè edito, multa pro suo arbitrio addiderunt, detraxerunt & immutarunt, in grave piorum scandalum & Apostolicæ Sedis offensionem, quia etiam & in suorum Principum iniuriam à quibus Privilegia obviaverunt non ut quævis *Missalia* prout eis collibuisse impressa divenderent, sed illa tantum, quæ *Missale* à Pio V. ex decreto Concil. Trid. editum penitus, ut dictum est, referrent, atque omni ex parte cum eo concordarent. Hanc igitur Impressorum tantam & tam temerariam audaciam graviter, ut par erat, ferens idem Sanctiss. D.N. ne ea impunita remaneret, & ut gravioribus malis & detrimentis aditus præcluderetur: Nobis viræ vocis oraculo mandavit, ut quanto citius super his de opportuno remedio provideremus. Quare inter nos matura deliberatione præhabita, tenore præsentium declaramus, Impressores omnes, qui *Missale Romanum* ex Decreto Concil. Trid. restitutum, & auctoritate fel. record. Pij V. editum, quomodolibet alterare ausi sunt, & præsertim Venetijs, in omnes & singulas censuras & pœnas in eadem Bulla Pij V. contentas incidisse. Decernentes præterea, omnia & singula eiusdem *Missalis* exemplaria sic alterata, præsertim Venetijs apud Iuntas, Sessas, Miscrinum, & ad signum Syrenæ, & Europæ, & quoscunque alios ab anno 1596. ut dictum est, usque in præsentem diem, omnino prohibita esse, neque à quovis Impressore, Bibliopola vel Mercatore publicè aut privatim vendi aut venalia proponi, vel sub quocunque titulo distrahi & transmitti posse, donec aliter per Sedem Apostolicam fuerit ordinatum. Ad quæ inviolabiliter observanda Episcopi, seu locorum Ordinarii, & Inquisitores, sub censuris & pœnis in Bulla Pij V. contentis, alijsque eorum arbitrio imponendis, astringant prædictos Impressores, Bibliopolas & Mercatores. Quoniam verò eorundem *Missalium* quamplurima Exemplaria distracta sunt per diversas Christiani Orbis Ecclesias; hortamur in Domino omnes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, locorum Ordinarios, Inquisitores, & Regularium superiores Prælatos, aut quarumcunque Ecclesiarum tam sæcularium quàm regularium administratores, quacunque dignitate Ecclesiastica, seu gradu vel præ eminentia fulgentes, ut à præsentium notitia in locis suæ Iurisdictioni subiectis, quanto citius omnia & singula huiusmodi *Missalium* Exemplaria iam divendita sedulo emendari curent, ad præscriptum Exemplaris sub Pio Quinto primò editi, aut ad eius normam incorruptè, atque exactè impressi; Quibuscunque in contrarium non obstantibus. In quorum fidem has præsentis nostras litteras per Secretarium nostrum fieri fecimus & approbavimus, & in consuetis locis Almar Vrbis publicari mandavimus, earumque transumptis impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obligatis, eandem prorsus adhiberi fidem volumus, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ in Palatio Apostolico, in loco nostræ Congregationis Indicis, die 1. Februarij 1601. Pont. Sanctiss. Domini N. Clementis Papa VIII. Anno Decimo.

De mandato Illustrissimorum, & Reverendissimorum Dominorum Cardinalium Congregat. Indicis Deputatorum.

Fr. Paulus Picus Ord. Præd. eiusdem Congreg. Secretarius.

I I.

SANCTÆ INQUISITIONIS.

QUONIAM multi hoc tempore, privati etiam homines, prætextu alendæ devotionis, novas quotidie Litanias evulgant, ut jam prope innumerabiles formæ Litaniarum circumferantur, & in nonnullis ineptæ sententiæ, in alijs (quod gravius est) periculosæ, & errorem sapientes inveniantur; Sanctiss. D. N. Clemens Papa VIII. pro sollicitu-

solicitudine sua pastorali providere volens, ut animarum devotio, Deique, ac Sanctorum invocatio, sine ullius detrimenti spiritualis periculo foveatur: præcipit, & mandat, ut retentis antiquissimis, & communibus Litanis, quæ in Breviariis, Missalibus Pontificalibus, ac Ritualibus continentur; necnon Litanis de Beata Virgine, quæ in Sacra Aede Lauretana decantari solent; quicumque alias Litanias edere, vel jam editis, in Ecclesijs, sive Oratorijs, sive Processionibus, uti voluerint, eas ad Congregationem Sacrorum Rituum recognoscendas, & si opus fuerit corrigendas, mittere teneantur, neque sine licentia, & approbatione prædictæ Congregationis, eas in publicum edere, aut publicè recitare præsumant, sub pœnis (*ultra peccatum*) arbitrio Ordinarij, & Inquisitoris severè infligendis.

*Præsens Decretum factum fuit in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram prædicto Sanctiss. Domino Nostro, ac Illustriss. & Reverendiss. Dominis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus adversus hæreticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, octavo Idus Septembris, Anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi. MDCI.*

Quintilianus Adrianus Not.

### III.

## BVLLA CLEMENTIS PAPÆ VIII.

Prohibitio Operum CAROLI MOLINÆI.

CLEMENS Papa VIII, ad perpetuam rei memoriam.

**A**POSTOLICÆ Sedis auctoritati maximè convenit, & ad nostrum pertinet officium, accuratè prospicere, ne impiorum hominum libris, ac monumentis, fidei mentes seducantur, aut quovis modo à via veritatis avocentur. Nos itaque considerantes, damnatæ memoriæ Caroli Molinæi Scripta & Commentaria, doctrinam perniciosam & Catholicæ fidei contrariam continere, & ideo huius impij, & hæretici hominis in prima classe descripti, Opera omnia in Indice Librorum Prohibitorum, tam per nostros prædecessores Romanos Pontifices, quàm etiam per nos nupera edito, expressè ac nominatim sub censuris & pœnis in eo contentis prohibita, & interdicta fuisse: & attendentes etiam, sicut ad audientiam nostram pervenit, quamquam eorundem Operum lectio, & retentio ab univèrsis Christi fidelibus maximè vitanda sit, nihilominus a pluribus, & iis præsertim qui utriusque Iuris scientiam profitentur, contra huiusmodi prohibitionem, dicti Caroli Scripta & Commentaria, sub variis prætextibus sive illa examinandi, & expurgandi, sive corrigendi & emendandi, ut dicunt, sive etiam ut illis vrantur in Iudiciis & Decisionibus causarum & alijs eorum seriationibus, frequenter legi & retineri maximo cum eorundem & aliorum animarum periculo, & sub his prætextibus varias licentias etiam à nonnullis Episcopis, & alijs locorum Ordinariis, & ab Inquisitoribus temerè, ac de facto, & etiam quandoque ab hac sancta Sede, & à Venerabilibus Fratribus nostris, S. R. E. Cardinalibus super Indice Librorum Prohibitorum deputatis, sive etiam interdum à Generalibus Inquisitoribus sub præcepto ut non nisi expurgatis & cunctis erroribus deletis ut possint, diversimodè ab eisdem extortas aut impetratas fuisse. Propterea pro nostra Pastoralis sollicitudine, cunctorum Christi Fidelium animarum securitati & saluti, quantum cum Domino possumus consulere, & ne ipsi Christi Fideles mali hominis prava doctrina & impietate fallantur aut inficiantur, oportune providere volentes pro potiori cautela; Motu proprio & ex certa scientia ac matura deliberatione nostris, hac nostra perpetuò valitura Constitutione, omnia, & quæcunque prædicti Caroli Molinæi Hæretici scripta, Opera & Commentaria, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra auctoritate de nouo perpetuò damnamus, reprobamus, interdicimus, & anathematizamus, eorumque lectionem & retentionem univèrsis & singulis Christi Fidelibus

cuiuscun-

# INDICES

## Librorum

### PROHIBITORUM

#### E. V.

#### 24.

culosque status, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris & preeminentie, licet de illis specialis & individua mentio habenda foret, existant, etiam sub excommunicationis latae sententiae aliisque censuris & poenis in Indice librorum Prohibitorum contentis, ac etiam suspicionis ipsius haereticis, quantumvis scripta, Opera & Commentaria ipsa, iam quovis modo fuisse expurgata praetendant; distinde perpetuo interdiciamus & prohibemus. Et propterea omnes, & quoscunque licentias dicto Indice deputatis, ac supremis Sanctae Universalis Inquisitionis contra haereticam pravitatem Inquisitoribus, ac à nobis, & Apostolica Sede quomodolibet concessas, legendi & retinendi libros eiusdem *Caroli Molinæ*, etiam sub alio nomine inscriptos vel expurgatos, cum non aliter quam igne expurgari possint, revocamus, cassamus & annullamus. Inhibentes omnibus, & singulis supradictis, ne de cetero huiusmodi licentias cuiquam concedant vel impertiantur. Quoniam omnem facultatem concedendi huiusmodi licentias retinendi vel legendi Opera *huius impij doctoris*, ex quacunque causa & sub quovis praetextu & colore, quibuscunque personis quavis auctoritate etiam Apostolica suffultis, & quacunque dignitate praeditis, etiam ipsismet Cardinalibus super Indice Librorum Prohibitorum deputatis, ac supremis Inquisitoribus praedictis adimimus, eamque nobis & successoribus nostris Romanis Pontificibus tantum reservamus. Cassantes insuper & ex nunc irritantes quascunque licentias, etiam à nobis concessas, & à successoribus nostris Romanis Pontificibus respectivè concedendas, quae manu nostra aut successorum praedictorum subscriptae non fuerint. Per has tamen nostras Litteras non intendimus prohibere retentionem Librorum Iuris Canonici, & aliorum Catholicorum Auctorum habentium Additiones, seu Apostillas, ut vocant, *huius impij Hominis*; ipsis tamen Additionibus, seu Apostillis deletis & emendatis iuxta censuram de mandato nostro nuper editam, & in Typographia Camerae Apostolicae impressam Romae hoc anno 1602. cartis seu foliis 24. distinctam, cuius initium est; *Censura in omnes Additiones, seu Adnotationes marginales damnatae mem. impij Caroli Molinæ ad Textum Iuris Canonici. Commentaria Decij in Decretis, & Ius Civile, ad Consilia Decij, & Alexandri. & ad Dynum de regulis, & Decum in tituli de Regulis Iuris.* Finis verò est. *Aliqua fortasse in praemissis, & consimilibus additionibus oculis nostris effugerunt, notatu & censura digna, quae diligens lector animadvertens deleat, prorsus teneatur.* Postremò sub censuris, & poenis supradictis omnibus, & singulis Christi fidelibus per Apostolica scripta mandamus, quatenus intra mensem a publicatione praesentium in locis per quae eadem ad eorum notitiam pervenire possint facienda computandum, omnia & singula scripta, Opera & Commentaria praedicta *Caroli Molinæ*, realiter & cum effectu locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus exhibeant, & consignent; ipsis verò locorum Ordinariis vel Inquisitoribus, ut illa statim nulla interposita mora aut expectata licentia, igne comburant & comburi faciant. Ut autem praesentes nostrae Litterae ad omnium notitiam facilius deveniant, & ne earum ignorantia quemquam excuset, volumus & eadem auctoritate decernimus, ut earum transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem fides in iudicio & extra adhiberetur, quae praesentibus ipsis haberetur, si essent exhibitae vel ostensae, utque eadem praesentes ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum, & in Aede Campi Florae affixae & publicatae, omnes ita ardeant, & afficiant, perinde ac si omnibus & singulis intimatae fuissent. Quocirca Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis, ac aliis locorum Ordinariis, per eadem scripta mandamus, ut praesentium Litterarum transumpta in suis Civitatibus & Diocesis publicari & oblatari curent ac faciant, & contra inobedientes quoscunque ac declarationem incursus poenarum, & censurarum praedictarum irremissibiliter procedant. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis privilegiis & indultis, ac Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis & approbatis, Ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 21. Augusti 1602. Pontificatus nostri anno undecimo.

M. Vestrius Barbanius.

MAGI.

## MAGISTRI SACRI PALATII

**P**ERCHE doppo la publicatione fatta ultimamente l'Anno 1596. dell' Indice de' Libri Prohibiti per ordine di N.S. Papa Clemente VIII, sono stati da questa Santa Sede medesimamente prohibiti, e sospesi molti altri Libri, come quelli che contengono rispettivamente Dottrine false, heretiche, erronee, scandalose, corruttive de' buoni costumi, e della pietra Christiana: accio l'ignoranza non faccia traboccare alcuno in qualche inconveniente pregiudiziale alla coscienza, e contrario agli ordini de' Superiori. Noi F. Gio. Maria Guarguaglini da Brisighella dell'Ordine de' Predicatori, Maestro del Sacro Palazzo, Giudice Ordinario, &c. al quale tocca per ragione dell' Offitio, che habbiamo, di provvedere con diligenza e sollecitudine, che in questa Alma Città di Roma non si stampi, venda, o in qualsivoglia modo tratti e maneggi Libro alcuno prohibito o sospeso, habbiamo giudicato necessario notificare à tutti i sudetti Libri, che sono gl'infrascritti, cioè:

*Acta Ducis Niverse cum Summo Pontifice, Francofurti impressa, omnino prohibentur.*

*Antonij Perez Relationes. Lutetiae 1598.*

*Alexandri Carerij, Patavini, Liber de potestate Romani Pontificis adversus impios Politicos, Patavij 1599. donec corrigatur.*

*Alberici Gentilis de Nuptis Libri septem. Hanoviae 1601. apud Gulielmum Antonium.*

*Item de Iure Belli, Libri tres.*

*Item de Armis Romanis, Libri duo.*

*Et alia eius Opera omnia, omnino prohibentur.*

*Bartholomaei de Castello, Liber de Unione Animae cum Deo, qui olim damnatus, denuo prodijt e mentito nomine Fratris Bartholomaei de Castello Ord. Capuccinorum, Cum eisdem erroribus, omnino prohibetur.*

*Bermundi Coveronij Fivariensis, in Tir. de publicis Concubinariis Commentarij, usque quo emendentur.*

*Bernardini G. Pennotti à Portu S. Mariae Aquitani, Apologia in duas Partes divisa Francofurti 1600. omnino prohibetur, cum aliis eius operibus.*

*Calendarium Gregorianum perpetuum Francofurti impressum, omnino prohibetur.*

*Candelabrum aureum Doctoris Alphonfi Martini Vivaldi, donec prodeat emendatum.*

*Eiusdem Auctoris Liber, cui Titulus, Schola Catholica morale.*

*Commentariorum de Statu Religionis, & Reipublicae in Regno Galliae Libri quatuor sine nomine Auctoris, impressoris & loci impressionis, omnino prohibentur.*

*Davidis Origani Glacen. Ephemerides, donec expurgentur.*

*Dos informationes muy viles, la vna dirigida alla M. dell' Imperador Carlo Quinto, sine loco impressionis 1599. omnino prohibentur.*

*Damasi Blyemburgij Venerum Blyemburgicarum, sive Horti Amoris Arcolae quinque. Dordraci 1600. omnino prohibentur.*

*Eliæ Reusneri Diarium, omnino damnatur.*

*Egloga Oxonio-Cantabrigien. distributa in Libros duos, &c. Londini 1600. omni no prohibetur.*

*Emanuelis Sà Aphorismi Confessoriorum haftenus impressi, etiam in Vrbe, nisi denuo prodeant, impressi Romae de mandato Magistri Sacri Palatii emendati, & castigati.*

*Everardi Bernoist Centuriae duae prohibita. Lugduni Batavorum apud Franciscum Raffelengium.*

*Franciscus Valesius de Sac. Philosophia, donec emendetur.*

*Ferdinandi Buongiorini, Liber inscriptus, Il buon giorno. Venetijs 1601.*

*Index Prohibit. Romanus.*

Ferdi-

Ferdinandi de las Infantas, *Cordubensis*, Tractatus de Prædestinatione. Parisijs 1601.  
Gerardi Mercatoris Atlas.

Gio. Fiorentino, il Pecorone. In Trevigi 1600. donec corrigatur.

Henrici Henriquez Summa Moralis Sacramentorum, donec emendetur.

Henrici Salmuth Annotationes in Librum Guidonis Pancitoli, cui Titulus Rerum Memorabilium, &c. Ambergæ; omnino prohibetur.

Iordani Bruni Nolani Libri & Scripta, omnino prohibentur.

Ioannis Corasij Liber, cui titulus est, Memorabilium Senatusconsultorum summae apud Tolosates Curiae ac Sententiarum, tum Scholasticorum, tum Forensium Censura. Lugduni 1600. prohibetur.

Ioannis Georgij Godelmanni, Liber de Magis, Veneficis & Lamijs. Francofurti 1601. omnino prohibetur. Est enim Auctor positus in prima Classe Indici Romani.

Ioannis Mariae Velmatij Christeidos, omnino prohibetur.

Ioannis Petri Stupani Tract. de Idololatria, & Magia, donec corrigatur.

Liber Indulgentiarum Fratrum Ordinis Carmelitarum, donec emendetur.

Liber Indulgentiarum Fratrum Ordinis Servorum, donec expurgetur.

Liber de Russorum, Moscovitarum, & Tartarorum Religione, impressus Spiræ omnino damnatur.

Laurentij Schadreri Monumenta Italiae, donec corrigantur.

Libri Instructionum, & Rituum Sectæ Mahumetanæ omnino damnantur.

Liber impressus anno 1602. inscriptus. Francisci Guicciardini loci duo, ob rerum quas continent gravitatem, cognitione dignissimi, ex ipsius Historiarum Libris, & a dolo malo detracti, nunc ab interitu vindicati; Prohibetur liber, & Auctor inter hæreticos Prima Classis rejicitur.

Mauricio Moro Giardino di Madrigali, e Selva di varij Pensieri.

Mauro Orbini Raguseo. Il Regno delli Slavi hoggi corrottamente detti Schiaroni Stampato in Pesaro 1601. usquequo prodeat deletis hæreticorum nominibus passim citatis.

Nicodemi Fuischlini Opera omnia, omnino prohibentur.

Ottonis Calmani Rhetoricæ Tropologiae præcepta, &c. Francofurti 1600. omnino prohibetur.

Petri Antonij de Petra Placentini, de Iure quaesito per Principem non tollendo. Venetijs. 1599. omnino prohibetur.

Petri Eigij Stralsunden. Pomerani, &c. Quaestiones Iuris tam Civilis, quam Saxonicæ, editæ cura Ludovici Parson, Typis Laurentij Seuberlich 1601. omnino prohibetur.

Petri Friderici Mindani de Processibus, Mandatis, & Monitorijs, Francofurti 1601. liber omnino prohibetur, & Auctor in prima hæreticorum classe reponitur.

Philippi Camerarij Opera Horarum subcissivarum, sive Meditationes Historicæ, omnino prohibentur.

Propugnaculum Ordinis Canoniorum Lateranensium, donec expurgetur.

Sacra Scriptura, vel eius partes metricè conscriptæ, post annum 1515. & impressæ omnino prohibentur.

Scipionis Gentilis de Iurisdictione, Libri tres, impressi Francofurti 1601. donec corrigantur.

Silva Sermonum Iucundissimorum, in qua novæ Historia, &c. Basileæ 1568.

Syntagma Philippo Rameum Artium Liberalium methodo brevi ac perspicua concinnatum per Ioannem Bipsterium Marchergianum in gratiam Tyronum &c. Basileæ apud Conradum Valdtkirch 1598. Prohibitum.

Sommario della Religione Christiana, raccolta in dieci Libri, ne i quali si tratta di tutti gli articoli della Fede, &c. stampato tra Heretici; se bene falsamente dice in Roma, per Paolo Gigliadoro l'anno 1590. dedicato al Duce & Republica di Genova.

Thesaurus sacrarum Precum, sive Litaniarum variarum. Venetijs 1599.

Thomæ Sailii Thesaurus Litaniarum.

Thomæ Zerolæ Beneventani praxis Episcopalis, omnino prohibetur.

Victorini Strigelij, Versio Dialogorum Theodoretii Episcopi Ciri, cum perpetua Analyti

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

Analyſi Logica, *omnino prohibetur, & in prima Claſſe reponitur Auct̃or cum expoſitore* Marſo Beulero Tigurino.

Vittorio Brigante, Novelli fiori della Vergine Maria di Loreto, e ſanta Caſa ſua. *In Venetia* 1600.

Per tanto ſi commette eſpreſſamente à tutti i Librari di Roma, & ad ogni altro di che conditione eſſer ſi voglia, che havendo nelle loro botteghe d' ſtudio, alcuno de' ſuddetti Libri, debba ſubito conſegnarli al noſtro Offitio: avvertendoli, che oltre la graviffima offenſa, che faranno à Dio contrafacendo, & oltre le Censure Eccleſiaſtiche, nelle quali incorreranno, s'auerrà anco, che venghino à notitia noſtra, ſi caſtigaranno ſeveramente, conforme alle pene minacciate ne i Sacri Canoni, nelle regole dell' Indice, e ne i noſtri Editti altre volte publicati in materia de' Libri, &c. Dat. &c. 7. Auguſti 1603.

Fr. Io. Maria Briſichellen. Sacri Palatij Apoſt. Mag. manu propria.

## V.

## MAGISTRI SACRI PALATII.

POICHE ogni giorno vanno multiplicando Libri cattivi, i quali con diuerſe maniere offendono la purità, & il candore della noſtra immacolata, e ſanta Religione Catolica, è neceſſario che quelli à chi è commeſſa tal cura, ſ'opponghino per zelo dell'honor del Signore, per mantenimento della ſanta Fede, e de' buoni coſtumi, & opportunamente provegghino à i diſordini, che dalla lettura di eſſi Libri al ficuro naſcerebbono. Per tanto Noi F. Gio. Maria da Briſighella dell' Ordine de' Predicatori, Maeſtro del Sacro Palazzo Apoſtolico, e Giudice Ordinario in queſt' Alma Città di Roma, habbiamo giudicato debito dell' Offitio noſtro, notificare à tutti i Fedeli quei Libri, che ſono ſtati prohibiti, o ſoſpeſi doppo la publicatione dell' vltimo Editto ſotto li 7. Agoſto 1603. come con le preſenti facciamo, e ſono gl'inſcriſſi.

Annales, ſeu Tabulæ Chronologicae, continentes ſeriem annorum Mundi, & breuem annotationem, tanquam Indicem præcipuarum perſonarum, &c. concinnatæ à Pantaleone Candido Auſtriaco Paſtore, &c. Argentinae Typis Ioſia Rihelij per Andream Rietſchium anno 1602. *omnino prohibetur.*

Alberto Magno Doct̃ori egregio, falſo adſcriptus Libellus de Secretis Mulierum. *Omnino prohibetur.*

Agobardi Ep̃iſcopi Lugdunen. Opera nuper impreſſa ſtudio Papirij Maſſonij: donec corrigantur.

Apologia contra Reformatos S. Franciſci, ad mentem S. D. N. Per fratrem Manfredum Ordinis Minorum de Obſervantia. *Omnino prohibetur.*

Camilli de Curtis ſecunda pars Diuerſorij, ſive Comprehenſorij Iuris feudal̃is, Neapoli apud Conſtantinum Vitalem, 1605. *omnino & ſub anathemate, prohibetur.*

Commentariorum de Regno, aut quovis Principatu rectè & tranquillè adminiſtrando libri tres, Adverſus (falſo tamen) Nicolaum Machiavellum Florentinum. *Vſellis apud Cornelium Sutorium* 1599. ſine nomine Auct̃oris, *omnino prohibetur.*

Claudij Alberij Triun-Curiani Organon, id eſt instrumenta doct̃inarum omnium in duas partes diviſum, *Morgijs* 1584.

Deſenſio, & declaratio perſpicua Alchimiae tranſmutatoriae oppoſita Nicolai Guiperti Lotharingij Philoſophi, Medici, expugnationi virili, & Gaſtonis Glavei L. C. Nivernatis Apologiae, &c. Opera & ſtudio Andreae Libonij Phyſici Rotemburg. *Vſellis ex Officina Cornelij Sutoris, ſumptibus Petri Kopffij* 1604. *omnino prohibetur.*

Danielis Angelo-Cratoris, Scholæ Stadensis Collegæ, Officina Poëtica, ſive Viridarium Poëticum, *omnino prohibetur.*

Epitome Hiſtoriae Galliae, hoc eſt Regum, & Rerum Galliae &c. ſine nomine Auct̃oris, *omnino prohibetur.*

Epitaphia antiqua, & recentia Pantaleonis Candidi. *Argentorati* 1600. *omnino prohibentur.*

Esame de gl' Ingegneri di Gio. Huarte in qualunque lingua, & in ogni Stampa che sia, *si proibisce à fatto.*

Ferdinandi delas Infantas Presbyteri Cordubensis Liber divinae Lucis secundum divinam & Evangelicam Scripturam lucem, in CIX. Psalm. expositionem, &c. Colonia Agrippinae 1605. *Sumptibus Auctoris, excudebat Bertramus Bucoliz.*

Historia Anglica, Normannica, &c. Francofurti 1606. *donec corrigatur.*

Henrici Salmuth Notae in Librum Guidonis Panciroli, cui titulus est: Rerum memorabilium, &c. Tom. 2. Ambergae, Typis Forsterianis 1602.

Henrici Breubau liber de Militia Politica duplici, Togata & Armata. Francofurti ad Manum, ex officina Nicolai Bave 1598.

Io. Harprechti Professoris in Academia Tubingensi, Tractatus Criminalis completens planam ac perspicuam aliquot titulorum lib. IV. Instit. D. Iustin. Imperatoris explicationem. Francofurti, Typis Ioachimi Baltheringij, sumptibus Ioannis Ludovici Bischoffij & Consortis 1603.

Ioachimi Stephani I. C. Ducis Pomeraniae Consiliarij, & Academiæ Grapshwalden. professoris Ordinarij Liber de Iurisdictione Iudaeorum, Graecorum, Romanorum, Ecclesiasticorum, lib. IV. Francofurti 1604. *in officina Typographica Nicolai Hofmanni, impensis Zachariae Paltzenij, omnino prohibetur.*

Io. Maldonato Societatis Iesu Theologo falso adscripta Summula Casuum Conscientiae, Collecta per fratrem Martinum Codognat Minimum, & impressa Lugduni, apud Heredes Gulielmi Rovilij 1604. *omnino prohibetur.*

Icones quinquaginta Virorum Illustrium, doctrina & eruditione Praestantium, ad vivum effictae; cum eorum Vitae descriptis à Io. Iacobo Boissardo Vesuntino, omnia recens in aëre artificiosè incisa & demum foras data per Theodorum de Bry Leodun. Francofurti, anno 1595.

*Eiusdem Libri II, III, & IV. Pars omnino prohibetur.*

Leonardi Fuchij novissima impressio Francfordienfis *prohibetur*, cum Auctoritatis sit damnatus, & eius opera novis semper haeresibus conspersa prodeant.

Ludovico Dolce della Natura delle Gemme: *si proibisce à fatto.*

Laurentij Kirchovij Consilium in Lib. cui titulus est, Consiliorum Matrimonialium Tomi duo, Auctoribus Io. Baptista Zilero, & Nicolao Ruchero. Francofurti 1580. *est autem illud consilium in II. Volumine, pag. mihi 144.*

Liber Gallico idiomate conscriptus, cui titulus est, De sapientia Libri III. Auctore Petro Charron Parisino I. V. D. Parisijs 1604.

Liber itidem Gallico idiomate conscriptus, cui titulus est, Chronologia septenaria Historicae Pacis inter Reges Galliae, & Hispaniae, continens res magis Memorabiles, quae acciderunt in Europa, à principio Anni 1588. usque ad finem Anni 1604. Auctore. P. V. P. C.

Notti dello Straparola, con gli Enimmi; *si vietano à fatto.*

Othonis Melandri I. V. D. Liber cui titulus est, Locorum atque Seriorum, tum Selectorum atque Memorabilium, Centuriae aliquot lucidae, viles lectuque maxime pere dignae. Francofurti 1603.

Pauli Benij Eugubini liber cui titulus est, Qua tandem ratione dirimi possit Controversia, quae in praesens de efficaci Dei auxilio, & Libero arbitrio inter nonnullos Catholicos agitur, ad Sanctissimum, & Beatiss. Clementem VIII. Pont. Max. Patavij, in officina Laurentij Pasquati, anno 1603.

Tesoro Politico. Tutte le sue Parti.

Tesoro ricchissimo, sic falso inscribitur Liber, delle Indulgenze concesse da molti Sommi Pontefici, communicate alla Compagnia posta in Venetia in S. Maria Formosa, &c. per ordine del P. Cesare Renaldino Pievano, &c. Stampato in Venetia 1605. presso Onofrio Farri: *si proibisce à fatto.*

Tomaso Stigliani le Rime distinte in otto Libri, cioè Amori Civili, Amori Pastoralis, &c. Stampate in Venetia presso Gio. Battista Ciotti, 1605.

Trattato dell' Heresie, e delle Scisme, che sono nate, e che possono nascere nella Chiesa di Dio, e de' remedij, che si devono usare contro di quelle, cioè della Scommunica, & della Podesta del Magistrato Civile. fatto in cinque Letteroni, da M. Scipione Calan-

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

Calandrini. In Pofchiano l'anno 1572.

Onde efpreffamente fi comanda à tutti i Librari di Roma, & ad ogn' vno di loro & à qualunque altro di che conditione effer fi voglia, che hauendo alcuni de' fudetti Libri nella Bottega ò studio loro, debbano in termine di dieci giorni, dalla publicatione di queſto noſtro Editto, confegnarli al noſtro Officio. Non mancando auertirli, che oltre il peccato che commetteranno contrefacendo, & oltre le Censure Eccleſiaſtiche nelle quali incorreranno, ſe in oltre accaderà che venghino à notitia noſtra, faranno ſenza remiſſione puniti conforme alle pene contenute ne' Sacri Canoni, nelle Regole dell' Indice Romano, e ne' noſtri Editti publicati altre volte in queſta iſteſſa materia di Libri.

Et auertiſca ogn' vno, che ſe bene ſi nomina in particolare il luogo oue ſono ſtampati li fudetti Libri, co'l dire hora Venetijs, hora Francofurti, & hora Argentorati, & ſimili, non è per queſto, che ſola quella impreſſione ſia prohibita; eſſendo egualmente prohibite tutte: ma è perche Noi ſopra di quella habbiamo fatta la cenſura. Dat. &c. 16. Decembris 1605.

Fr. Io. Maria Briſchellen. Sacri Palatij Apoſt. Mag. manu propria.

## VI.

## SAC. CONGR. INDICIS.

*Contra infraſcriptos Venetos Impreſſores, & Bibliopolas.*

**C**VM Ioannes Baptiſta Ciottus Senen. Ioannes Antonius, & Iacobus de Francis, Bibliopola & Librorum Impreſſores Venetijs, ex Tomo quinto Diſput. de Cenſuris D. Franciſci Suarez Ieſuitæ, hoc anno ab eis impreſſo, multa fraudulentè adimere, illumque ſic mutilatè impreſſum evulgare præſumpſerint, falſi crimen incurrendo; Illuſtriſſ. & Reverendiſſimi Domini Cardinales ſuper Librorum prohibitione, permiſſione, expurgatione & impreſſione, in vniverſa Republica Chriſtiana ſpecialiter deputati, ad prædictorum Impreſſorum & Bibliopolarum temeritatem & auidiam coercendam, eiſdem prohibuerunt, & præſenti Editto prohibent, ne in futurum cuiuſcumque generis libros imprimere poſſint, nec prædictum Tomum quintum quovis modo vendere ſeu quemvis contractum de eo inire valeant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, à qua non niſi à Sancta Sede Apoſtolica, præterquam in mortis articulo abſolui poſſint. Inhibentes omnibus & ſingulis Bibliopolis, Mercatoribus, & aliis quibuſcumque perſonis ubicunque exiſtentibus, ne prædictum Tomum, aut alios Libros à prædictis in poſterum edendos, vendere, aut retinere præſumant, ſed locorum Ordinarijs, ſeu hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus conſignare teneantur, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac quingentorum ducatorum de Camera incurrendis, & arbitrio eorundem Illuſtriſſ. & Reverendiſſimorum DD. Cardinalium Congregationis Indicis, applicandis pœnis. Præcipientes omnibus & ſingulis perſonis, cuiuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, dignitatis & præminentie, qui præſatum Tomum retinent, vt in eo ſuppleant, quæ fraudulentè fuerunt adempta. Mandantes Ordinarijs locorum, ſeu Inquiſitoribus, vt huiuſmodi Editum faciant publicari, & poſt decem dies, ab euſdem publicatione, omnes aſtricti & obligati ſint, ac ſi perſonaliter vnique eſſet intimatum: cuius tranſumpta etiam impreſſa, & ſigillo cuiuſvis perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita, plenam fidem vbique locorum, in iudicio & extra faciant, ac ſi ipſummet originale eſſet exhibitum. Actum ROMÆ, in generali Congregatione Indicis, ſeptimo nonas Auguſti. Anno à Nativitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti MDC, VI.

Fr. Paulus Picus Ordinis Præd. Sacræ Congr. Indicis Secr.

bb 3 SAN-

## VII.

## SANCTÆ INQUISITIONIS.

**Q**VAMVIS per Edictum publicatum sub die 27. Iunii præsentis anni, fuerint expressè prohibiti nonnulli Libelli, & Scripturæ typis mandata, & divulgata occasione Censurarum, & Interdicti S. D. N. in Rempublicam Venetam, uti continentes multa temeraria, calumniosa, scandalosa, seditiosa, schismatica, erronea, & hæretica respectivè. Necnon verita fuerint quæcunque alia Scripta, tam impressa quam manuseripta, eandem vel similem materiam continentia: Cum tamen postea in lucem prodierit Libellus excusus Venetijs, inscriptus. *Considerationi Soprale Censure della Santità di Papa Paolo V. contra la Serenissima Republica di Venetia, del P. M. Paolo da Venetia dell'Ordine de Servi*; Alter cui titulus est; *Trattato dell'Interdetto della Santità di Papa Paolo V. nel quale si dimostra, che egli non è legittimamente pubblicato, e che per molte ragioni non sono obligati gli Ecclesiastici all'essecutione di esso, nè possono senza peccato offerirlo: composto dalli sottoscritti Theologi, Pietro Antonio Archidiacono, e Vicario generale di Venetia, Fr. Paolo dell'Ordine de Servi Theologo della Serenissima Republica di Venetia. Fr. Bernardo Giordano Minore Osservante Theologo, Fr. Michel Angelo Minore Osservante Theologo, Fr. Marc' Antonio Capello Minore Conventuale Theologo, Fr. Camillo Agostiniano Theologo, Fr. Fulgentio dell'Ordine de Servi, Theologo. Alius inscriptus; *Avviso delle ragioni della Serenissima Republica di Venetia intorno alle difficoltà che le sono promosse aall' Santità di Papa Paolo V. di Antonio Quirino Senatore Veneto, alla sua Patria, & a tutto lo Stato della medesima Republica. Ac alijs, cuius inscriptio est, Apologia per le opposizioni fatte dall' Illustriss. & Reverendiss. Sig. Cardinale Bellarmino, alli Trattati, & Resolutioni di Gio. Gerson sopra la validità delle Scommuniche, del P. Maestro Paolo da Venetia, dell'Ordine de Servi: In quibus pariter quamplurima temeraria, calumniosa, scandalosa, seditiosa, schismatica, erronea, & hæretica respectivè deprehenduntur. Ideò Illustrissimi Domini Cardinales Generales Inquisitores ad maiorem cautelam pro eorum vigilantia, & munere maturè providere volentes, ne Christi-fideles ex lectura huiusmodi perniciosorum Libellorum, & Scripturarum erroribus, & hæresibus, & pravis opinionibus inficiantur, & depraventur; Deceverunt, ut prænominati Libelli, aut alij quicunque hæcenus impressi, seu in futurum imprimendi ubique locorum, vel etiam manuscripti, seu scribendi, occasione interdicti, & Censurarum præfatarum, eadem, vel similia continentes, non divulgentur, legantur, retineantur, seu imprimantur in quibuscunque regionibus: Ac omnes, & quascunque personas cuiusvis status, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis, præsentis Edicto ligari, & arctari à die notitiæ quomodolibet habitæ, sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ, à qua non nisi à Sancta Sede Apostolica, præterquam in mortis articulo, absolvi possint. Et huiusmodi Edictum in Vibe, & in partibus ab Ordinarijs, & Inquisitoribus locorum publicari, eiusque transcriptis etiam impressis, sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, plenam adhiberi fidem, in iudicio, & extra. Actum Romæ in generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, die 20. Mensis Septembris Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi, MDCVI.**

*Quintilianus Adrianus Not.*

## VIII.

## MAGISTRI SACRI PALATII.

**C**V M hoc anno, annisque proximè elapsis in lucem prodierint infra scripti Libri, videlicet.  
Il Piovano, cioè se dici Sermoni, composti da Messer Vittor de' Popoli, Piovano di S. Ger.

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

S. Germano, sopra il Catechismo Romano 1580.

Libellus impressus Genevæ, e mentito loco impressionis, *in scriptus*, La Confessione di Theodoro Beza, corretta & stampata di nuovo in Roma per ordine del Papa.

Apologia pro Iuramento fidelitatis, primum quidem ab Anonymo, nunc verò ab ipso *Auctore* Serenissimo, & Potentissimo Principe Iacobo Dei gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Rege, fidei defensore, denuo edita, &c. Londini excudebat Ioan. Norton. 1609.

In quibus perniciose, & execranda hæreses, contra veritatem, & puritatem Sanctæ Fidei Catholicæ continentur: ac ne Christi fideles, ex illorum lectione erroribus, & hæresibus inficiantur & depraventur, à Sacra Congregatione sanctæ Inquisitionis universalis Romanæ, prohibiti fuerunt. Nos Frater Ludovicus Ystella Valentinus Predicatorum Ordinis, Sacri Apost. Palatii Magister, & Iudex ordinarius, &c. de mandato S. D. N. Pauli Divina providentia Papæ V. ore tenus nobis facto, ac etiam nostri auctoritate Officij, omnibus, & singulis personis, tam Ecclesiasticis quàm Secularibus cuiusvis status, conditionis, & præminentia existant, præcipimus, & mandamus, ne prædictos Libros, aut eorum aliquem tenere, seu legere quovis modo audeant, vel præsumant, sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, à qua non nisi à S. D. N. absolvi possint, ac multa ducatorum mille auti de Camera, locis pijs applicanda, aliisque gravioribus pœnis in Sacris Constitutionibus Apostolicis, & in Indice Librorum Prohibitorum contra tenentes, ac legentes Libros Prohibitos, contentis. Ordinantes omnibus, & singulis personis, ut eorundem Librorum exemplaria, sanctæ Inquisitionis Officio, seu Nobis quamprimum consignent. Bibliopolis verò sub eisdem pœnis iubemus ne prædictorum Librorum exemplaria recipere, emere, seu venalia proponere quovismodo præsumant, illaque ut supra consignent. Ac præsentì Edicto omnes ligari, & arctari volumus, & declaramus post illius publicationem, & affixionem ad valvas Basilicarum S. Io. Lateranen. Principis Apostolorum, Palatii Sanctæ Inquisitionis, & in acie Campi Floræ de more factam, præsentem quidem in Vrbe, infra tres dies, alios verò quoscunque, & ubicunque, quamprimum talis prohibitio quomodocunque, & ubicunque ad eorum notitiam pervenerit: eisdemque Edicti exempla, etiam impressa, sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita, ubique fidem facere, ac si originale foret exhibitum. In quorum fidem præfens Edictum manu nostra subscripsimus, nostroque solito sigillo muniri iussimus. Dat. Romæ in ædibus nostræ solitæ residentiæ, die 23. Iulij anno à Nativitate Domini nostri Iesu Christi 1609.

Fr. Ludovicus Ystella Sac. Palatii Apost. Magister.

Locus † sigilli.

Paulus Spada Not.

# IX.

## MAGISTRI SACRI PALATII

COME di continuo escono in luce Libri di poca edificatione nella Chiesa di Dio; Così non manca alla giornata questa santa Sede Apostolica di sospendergli, & prohibirgli, secondo le qualità loro. Onde acciò niuno pretenda ignoranza, anzi si possi guardare dalla lettura de' Libri sì perniciosi; Noi Fr. Ludovico Ystella Valentiniano dell'Ordine de' Predicatori, Maestro del Sacro Palazzo Apostolico, Giudice ordinario, &c. Notifichiamo à tutti li Fedeli, che doppo la prohibitione di alcuni Libri fatta per vn' Edicto publicato alli 16. di Dicembre 1605. oltre tre Libri, cioè il Piovano, sedici Sermoni composti da M. Vittorio de' Popoli Piovano di S. Germano sopra il Catechismo Romano 1580. Libellus impressus Genevæ e mentito loco impressionis, *in scriptus*, La confessione di Theodoro Beza, corretta, & stampata di nuovo in Roma per ordine del Papa; & Apologia pro Iuramento Fidelitatis, primum quidem ab Anonymo, nunc verò ab ipso *Auctore* Sereniss. & Potentissimo Principe Iacobo Dei

Dei gratia magnæ Britannia, Franciæ, & Hiberniæ Rege, Fidei defensore, denno edita, &c. quali Noi sotto li 23. Luglio di quest' anno 1609 habbiamo prohibito per comandamento espresso di N. S. anco sotto pena di scomunica maggiore, riservandoci Sua Santità l'assolutione; sono statì prohibiti gl'infrascritti:

Aaron purgatus, sive de Vitulo aureo libri duo: Auctore Franeisco Monezio Fidevalliano Atrebatio, impressi Atrebatì, apud Gulielmum Rinerium 1606.

Acta Conferentiæ ceptæ Senis, & continuatæ Vres, & Vesenobre mense Septembris 1607. publicata per Bartholomæum Recend. Pastorem Ecclesiæ de Merindol contra iactantias Fr. Hilarij Capuccini.

Actio in Henricum Garnetum. Londini, per Ioannem Norton.

Arnoldi Clapmarij Opera.

Consilium datum Amico de recuperanda, & in posterum stabilienda pace Regni Poloniæ, sine nomine Auctoris, impressoris, & loci impressionis.

Decisionum novissimarum Rotæ Romanæ, sive Sacri Palatii Romani Pars quarta, continens, tum decisiones varias, tum declarationes Concilij Tridentini, ut falsò indiciur, habita è Bibliotheca manuscripta D. Prosperi Farinacij I. C. Romani tota ubi illis communicata: prestat in Officina Paltheniana. 1608.

Euphormionis Lufinini Satyricon.

D. Francisci Suarez disput. Tomus quintus de Censuris. Venetijs apud Io. Antonium, & Iacobum de Francisca vel Io. Baptistam Ciottum, impressus 1606. non permittitur nulli transrogatis folijs, & locis, quæ ademerant.

Georgij Richterij Gorlitij opera.

Henningi Arnstæi Halberstadiensis opera.

Historia Belgica ab anno 1560. vsque ad annum 1600. Gallicè conscripta & 1604. apud S. Gervasium impressa.

Iacobi Primi Angliæ, Scotiæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis, Fidei Defensoris, &c. Basilicon Doron, sive Regia Institutio ad Principem primogenitum Filium suum, &c. Hanoviar apud Gulielmum Antonium 1604.

Iacobi Spiegelij Scholia in Petri Guntheri Poëtæ de gestis Cæsareis Frederici.

Ioannis Corasij Miscellanea Iuris: donec corrigantur.

Ioannis Iacobi Weckerij Basileensis Liber de Secretis.

Ioannis Trithemij Steganographia.

Iusto Lipsio falsò adscriptæ Orationes octo, Ienæ potissimum habitæ, & in gratiam studiose iuventutis foras productæ. Darmstadij, excudebat Balhasar Hofman. are Ioan. Iacobi Vorssij 1607.

Liber de Militia Politica duplici, Togata, & Armata, per Henricum Breulan. Licontenaviensem-Hassum, Francofurti ad Mænum, ex officina Nicolai Bassii 1593.

Libellus Gallicidi maris, anno 1606. inscriptus, l'Antechrist Romain.

Liber Gallici idiomatis inscriptus, De l'Estat & succez des Affaires de France, &c. par Bernard. de Girard Seigneur du Haillan. Parisiis impress. 1595.

Lucij Pauli Rhofeli Patavini Index quidam Commentariorum D. Francisci Arctini de Accoltis. Lugduni 1550.

Melchioris Haimsfeldij liber inscriptus, Statuta, & rescripta Imperialia, &c. & alia eius Opera.

Thesaurus Iuris Executivi, &c. in quo continetur tractatus Rugerij Rondlant de invocatione utriusque Brachij, causæ præsentì Venetæ accommodatus, impressus Francofurti 1606.

Tractatus de remediis, regibus, cæterisque Catholicis liberis Principibus, & eorum ministris competens. adversus Archiepiscopos, Episcopos, sive nomine Authoris, impressoris, loci, ac sine licentia Superiorum impressus.

Tractatus de Iure Magistratuum in Subditos, & officio Subditorum erga Magistratus, è Gallico in Latinum conversus sine nomine Auctoris. Magdeburgi, apud Ambrosium Kincknerum 1604.

Vgonis Brosten opera.

La onde espressamente comandiamo e commettiamo à tutti li Librari, & à qualsivoglia altro, che avendo alcuno, o più de' sudetti Libri nelle Librerie, o Studi resper-

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

rispettivamente, devano in termine di dieci giorni dalla notizia di questo nostro Editto, consegnarli al nostro Ufficio; Avvertendo li trasgressori che oltre l'offesa di Dio, & le Censure Ecclesiastiche, nelle quali incorreranno, venendo à notizia nostra, si procederà contro di loro conforme alle pene contenute ne' Sacri Canon, e nelle Regole dell' Indice Romano, e con altre pene arbitrarie. Avvertendo parimente, che tal proibitione non solo abbraccia questi Libri stampati nel luogo, anno, idioma, &c. come in alcuni di sopra si è nominato; mà etiandio si estende à gli medesimi, che fossero stampati altrove, ò in altro tempo, ò in altra lingua, *Dat. &c. 7. Septemb. 1609.*

Fr. Ludou. Ystella Mag. Sac. Pal. Apost.

*Paulus Spada Not.*

X.

MAGISTRI SACRI PALATII.

SENDO di grandissimo scandalo, & occasione di molti mali la lettura de' Libri scattivi, & perniciosi, & nulladimento di giorno in giorno scoprendosi, che de' simili n'escano in luce; Noi F. Ludovico Ystella Valentino, dell'Ordine de' Predicatori, Maestro del Sacro Palazzo Apost. Giudice ordinario, &c. notificiamo à tutti li Fedeli, che dopo l'ultimo Editto nostro pubblicato alli 7. di Settembre di questo anno 1609. sono stati prohibiti, e sospesi rispettivamente gl'infra scritti.

De Potestate Papæ, an, & quatenus in Reges, & Principes seculares, ius, & imperium habeat, Gulielmi Barclaj I. C. liber posthumus, anno 1609.

Tortura Torti, *sive* ad Matthæi Torti Librum responsio, qui nuper editus contra Apologiam Serenissimi, potentissimique Principis, Iacobi Dei gratia Magnæ-Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis, pro Iuramento fidelitatis. *Londini excudebat Robertus Barkerus, anno 1609.*

Iacobi Augusti Thuani Historiæ.

Barlaami Monachi de Principatu Papæ, Ioanne Luydo interprete.

Vindiciæ contra Tyrannos, *sive* de Principis in Populum, Populique in Principem legitima potestate, Stephano Iunio Bruto Celso Auctore. *Edimburgi, anno 1579.*

De Principum (quibus electio Imperatoris in Germania commendata est) origine, seu institutione, Liber vnus Simonis Scardij. *Argentorati, impensis Lazari Zetzneri Bibliopole 1608.*

Oratio M. Antonij Arnaldi Advocati in Parlamento Parisiensi, &c. habita 4. & 3. idus Iulias, prohibetur cum annexis opusculis; *videlicet* Arrestum contra Ioannem Castellum Scholasticum; & Io. Passeratij præfatiuncula in Disputationem de ridiculis, cum sequentibus carminibus. *Lugduni Batavorum, ex officina Ludovici Elzevirij, anno 1595.*

Præter hos supra notatos, qui omnes prohibiti sunt; Liber *inscriptus* Ioannis Marianæ è Societate Iesu tractatus septem. *Colonia Agripina impressus, sumptibus Antonij Hierati, anno 1609. suspensus est.*

Però di ordine, e commissione ancora de' gl' Illustrissimi, & Reverendissimi Signori Cardinali della Sacra Congregatione della santa Inquisitione vniversale Romana, comandiamo, & commettiamo à tutti li Librai, & a qualsivoglia altro di qualunque conditione, ò dignità si sia, che ritrovandosi havere alcuno, ò più de' sopranominati Libri, devino (nell' Alma Città di Roma, frà lo spatio di dieci giorni, dalla publicatione di questo Editto) consegnarli infallibilmente al nostro Ufficio: nell' altre Città, Terte, & luoghi di qualsivoglia Regno, Nazione, & Popolo, frà dieci giorni doppo che in qualsivoglia modo, e maniera verrà a loro notizia tal proibitione, devino consegnarli all' Ufficio della santa Inquisitione. Altrimente (oltre l'offesa di Dio) incorreranno *ipso facto*, nella Scommunica maggiore *late sententia*, & in oltre venendo gli trasgressori à notizia nostra, procederàsi contro di loro, con le pene tassate ne' Sacri Canon, & nelle Regole dell' Indice Romano, & altre pene arbitrarie. Aver-

*Index Prohibit. Romanus.*

e c

tendo,

rendo, che questa prohibitione si estende a gli sopranominati libri, se ben fossero stampati in altra lingua, in altro tempo, o in altro luogo di quelli che sopra sono notati. Volendo che anco alle Copie stampate di questo Editto, sigillate con il sigillo di qualche persona costituita in dignità Ecclesiastica, per tutto si dia piena fede, come all' istesso originale. In fede di che, &c. Dat. in Roma, nel Palazzo Apostolico questo di 9. Novembre 1609.

Fr. Ludovicus Ysella Mag. Sacri Palatii Apost.

Pro D. Paulo Spada Not.

Stephanus Spada Subst.

# XI.

## MAGISTRI SACRI PALATII.

**P**OICHE ogni giorno si scuopre, che tuttavia escono in luce Libri cattivi, e perniciosi, quali come che sono di non poco Scandalo, così apportano gran danno, e pericolo à chi li legge. Noi Fr. Ludovico Ysella Valentino dell'Ordine de' Predicatori, Maëstro del Sacro Palazzo Apostolico Giudice ordinario, &c. notificiamo à tutti gli Fedeli esser stati prohibiti, e sospesi rispettivamente gl' infrascritti Libri.

De Potestate Papæ, an, & quatenus in Reges, & Principes seculares ius, & Imperium habeat. Gulielmi Barclai I. C. Liber posthumus anno 1609.

Tortura Torti, sive ad Matthæi Torti librum Responso, qui nuper editus contra Apologiam Serenissimi, potentissimique Principis Iacobi, Dei gratia Magnæ Britannia, Franciæ, & Hiberniæ Regis pro Iuramento Fidelitatis. Londini excudebat Robertus Barkerus, anno 1609.

Iacobi Augusti Thuani Historiæ.

Barlaami Monachi de Principatu Papæ, Ioanne Luydo interprete.

Vindiciæ contra Tyrannos, sive de Principis in Populum, Populique in Principem, legitima Potestate, Stephano Iunio Bruto Celso Auctore, Edimburgi, anno 1779.

De Principum (quibus electio Imperatoris in Germania commendata est) origine seu institutione, Liber vnus Simonis Schardij. Argentorati, impensis Lazari Zetzneri Bibliopole, 1608.

Præter hos supranotatos, qui omnes prohibiti sunt: Liber inscriptus. Ioannis Marianæ, e Societate Iesu tractatus septem. Colonia Agrippina impressi, sumptibus Antonij Hierati, anno, 1609. suspensus est.

Mare Liberum, sive de iure, quod Batavis competit ad Indicana Commercium. Lugduni Batavorum 1609.

Commentariorum de statu Religionis, & Reipublicæ in Regno Gallia, primæ Partis libri tres, sine nomine Auctoris, & loci impressionis 1572.

Gulielmi Perkinfi Problema de Romanæ Fidei, e mentito Catholicismo. Harpiniæ 1604. prohibitus omnino.

Apparatus in revelationem Iesu Christi, Auctore Gulielmo Alabastro Anglo Antuerpiæ 1607. Et antithesis Benedicti A Benedictis Veneti, contra Gulielmum Wirackerum, nisi fuerint ex correctis ab Auctoribus, & Romæ impressis cum approbatione P. Mag. Sacri Palatii.

Discours Politiques & Militaires du Seigneur de la Nouë 1599. Prohibetur omnino.

Georgij Beati Sententiarum diffinitarum Saxonie de Matrimonialibus Centuriæ. Certe ad Eliftrum 1608. prohibetur omnino.

Danielis Molleri I. C. Semestrium Libri quinque, Lipsia 1598. omnino prohibetur. Però d'ordine ancora, e commissione degl' Illustrissimi, & Reverendissimi Signori Cardinali della Sacra Congregatione della Santa Inquisitione Univerfale Romana, commandiamo, e commettiamo à tutti li Librari, & à qualsivoglia altro di qualunque conditione, o dignità si sia, che ritrovandosi havere alcuno, o più de' sopranominati Libri,

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

Libri, devino (nell'Alma Città di Roma frà lo spatio di dieci giorni dalla publicatione di questo Editto) consegnarli infallibilmente al nostro Offitio: nell'altre Città, Terre, e luoghi di qualsivoglia Regno, Natione, e Popoli, frà dieci giorni, doppo che in qualsivoglia modo, e maniera, verrà à loro notitia tal prohibitione, devino consegnarli all'Offitio della santa Inquisitione: dove non saranno Inquisitori, devino consegnarli alli Monsignori Vescovi. Altrimente (oltre l'offesa di Dio) incorreranno ipso facto nella Scommunica maggiore lata sententia. Et in oltre, venendo gli transgressori à notitia nostra, procederassi contro di loro con le pene tassate ne' Sacri Canon, e nelle regole dell'Indice Romano, & altre pene arbitrarie. Avvertendo che questa prohibitione si estende à gli sopra nominati libri, se ben fossero stampati in altra lingua, in altro tempo, ò in altro luogo di quelli che sopra sono nominati. Volendo che alle copie stampate di questo Editto, figillate con il sigillo di qualche Persona costituita in dignità Ecclesiastica, per tutto si dia piena fede, come allo stesso originale. In fede di che, &c. Dat. in ROMA, nel Palazzo Apostolico, questo di 30. Gennaro, MDCX.

Fr. Ludovicus Stella Sacri Palatii Apostolici Magister.

Pro D. Paulo Spada Not.

## XII.

### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

**C**UM Superioribus diebus ad Nos perlatum sit nonnullos Libros qui partim paucis ab hinc annis, partim mensibus præteritis in lucem prodierunt, varias hæreses, atque errores continentes passim circumferri, maxima cum Catholicorum pernicie, decrevimus illos omnino prohibendos esse, ne ex eorum lectione graviora in dies damna in tota republica Christiana oriantur. quare Nos Paulus Sfondratus, Episcopus Albanen. S. Cecilia; Robertus Bellarminus, tit. S. Mariæ in Via; Io. Garzias Milliaus SS. Quatuor; Fabritius Verallus, S. Augustini; Fr. Augustinus Galaminus Areceli, Presbyteri S. R. E. nuncupati Cardinales à S. D. N. Paulo divina providentia Papa V. Sanctæque Sede Apostolica super Librorum permissione, prohibitione, expurgatione, & impressione in universa republica Christiana specialiter deputati; infra scriptos Libros presenti Decreto quocumque idiomate, & ubicumque impressos prohibemus, singulos in sua classe iuxta regulas Indicis reponendos. Decernentes quod nullus deinceps eos cuiuscumque generis, & conditionis sub penis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum Prohibitorum contentis, audeat imprimere aut imprimi curare vel quomodocumque apud se detinere, aut legere, & sub yisdem penis quicumque nunc illos habent, vel habuerint in futurum, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus statim à presentis Decreti notitia exhibere teneantur. Libri autem sunt infra scripti.

Abrahami Sculetii Grunbergenfis Idea Concionum. Hanovix, apud Claudium Marnium 1610.

Bartholomæi Keckermanni Dantiscani Gymnasium Logicum. Hanovix, apud Gulielmum Ant. 1605.

Philippi Mornai-Plessai Liber de institutione, usu & doctrina Sancti Sacramenti Eucharistie. Item alter inscriptus, *Mysterium Iniquitatis*.

Gulielmi Barclaij I. C. de Potestate Papa. an. & quatenus, &c. liber postumus 1610.

Ioannis Henrici Alstedij Systema Mnemonicum. Francofurti 1610.

Ioannis Barclai pietas, sive publica pro Regibus, ac Principibus Catholicis, & privata pro Gulielmo Barclai parente, Vindicie, adversus Robertum S. R. Ecclesie Cardinalem Bellarminum 1612.

Liber inscriptus, *Theologia Germanica*, ex Germanico translatus, Ioanne Theophilo interprete, Antuerpiæ 1558. apud Christophorum Plantinum, absque nomine Auctoris.

Liber inscriptus, *De Ecclesiastica, & Politica Potestate*, Parisijs anno 1611. absque nomine Auctoris.

Liber inscriptus, *Apologia Cardinalis Bellarmini pro iure Principum adversus suas ipsius rationes pro auctoritate Papali Principes saculares in ordine ad bonum spirituale deponendi*, Auctore Rugero Widdingthomo Catholico Anglo 1601.

*Liber inscriptus; Ex responsione Synodali data Basilee Oratoribus D. Eugenij Papæ IV. in Congregatione generali 3. non. Septembr. 1452. Pars præcipua, & in eam Commentarius: Colonia, sumptibus Theophili Franci 1612. absque nomine Auctoris.*

*Nicolai Giffneri Orationes de Vita Othonis Tertij & Friderici Secundi Imperatorum, & de Conrado ultimo Suetie gentis Principe. Argentorati, apud Lazarum Zetzneri 1608.*

*Rodulphi Goelenij Physica completa Speculum. Francofurti 1604.*

*Monita Politica ad Sacri Romani Imperij Principes. Francofurti excudebat Nicolaus Hoffmannus, impensis Petri Köpfij 1609. Dat. Romæ Ann. 1613.*

*P. Episc. Albanen. Card. S. Cæcilie.*

*Locus † sigilli.*

*Regist. fol. 48.*

*F. Paulus Picus Ord. Præd. Secret.*

### XIII.

#### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, viso libro falso inscripto; *Apologia Cardinalis Bellarmini, pro iure Principum adversus suas ipsius rationes pro auctoritate Papali Principes seculares in ordine ad bonum spirituale deponendi, Auctore Rugero Widdinghamo Catholico Anglo 1611. eiusdemque Auctoris alio libro inscripto; Disputatio Theologica de iuramento fidelitatis Sanctissimo Patri Paulo, Papæ V. dedicata, Albionopoli 1613. utrumque Librum damnandum, atque prohibendum esse censuit. Sicuti de mandato Sanctiss. D. N. D. Pauli Papæ V. præfenti Decreto penitus damnat, & prohibet, quovis idiomate impressum, aut imprimendum: Ac nisi illorum Auctor, qui Catholicum profitetur, quamprimum sese purgaverit; Censuris ac alijs pœnis Ecclesiasticis intelligat se omnino coercendum. Mandat autem, quod nullus deinceps cuiusunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum Prohibitorum contentis, supradictos Libros audeat imprimere, aut imprimi curare, vel quomodocunque apud se deponere, aut legere. Et sub iisdem pœnis præcipit, ut quicumque nunc eos habent, vel habuerint in futurum, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus statim à præfenti Decreti notitia illos exhibeant. In quorum fidem præfens Decretum manu, & sigillo Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Cardinalis S. Cæcilie Episcopi Albanen. signatum, & munitum fuit, die 16. Martij 1614.*

*P. Episc. Albanen. Card. S. Cæcilie.*

*Locus † sigilli.*

*Regist. fol. 50.*

*Fr. Thom. Pallavicinus Ord. Præd. Secr.*

### XIV.

#### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

QVIA ab aliquo tempore citra, prodierint in lucem inter alios nonnulli Libri, varias hæreses atque errores continentes, ideo SACRA Congregatio Illustriss. S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, ne ex eorum lectione graviora in dies damna in tota Republica Christiana oriantur, eos omnino damnandos, atque prohibendos esse voluit; sicuti præfenti Decreto penitus damnat & prohibet ubique & quovis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, ut nullus deinceps, cuiusunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

ram Prohibitorum contentis, eos audeat imprimere, aut imprimi curare, vel quomodo-  
 docunque apud se detinere, aut legere. Et sub iisdem poenis quicumque nunc illos  
 habent, vel habuerint in futurum, locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus, statim a  
 præsentis Decreti notitia exhibere teneantur. Libri autem sunt infra scripti, videlicet  
 Theologiæ Calvinistarum libri tres. *Auctore* Conrado Schlussemburgio,  
 Scotanus Redivivus, sive Commentarius Eroteticus in tres priores Libros Codi-  
 cis, &c.

Gravissimæ quæstionis de Christianarum Ecclesiarum, in Occidentis præsertim  
 partibus, ab Apostolicis temporibus ad nostram usque ætatem continua successione,  
 & statu historica explicatio. *Auctore* Iacobo Visslerio S. Theologiæ in Dublinensi Aca-  
 demia apud Hibernos Professore.

Friderici Achillis Ducis Wirtemberg. Consultatio de Principatu inter Provincias  
 Europæ, habita Tubingæ in Illustri Collegio, anno Christi 1613.

Donelli Enucleati, sive Commentariorum Hugonis Donelli de Iure Civili in com-  
 pendium ita redactorum, &c.

Et quia etiam ad notitiam præfatæ Sacræ Congregationis pervenit, falsam illam  
 doctrinam Pythagoricam, divinæque Scripturæ omnino adversantem de mobilitate  
 Terræ, & immobilitate Solis, quam Nicolaus Copernicus de revolutionibus orbium  
 cælestium, & Didacus Alstunica in Iob etiam docent, jam divulgari, & à multis re-  
 cipi, sicuti videre est ex quadam epistola impressa cuiusdam Patris Carmelitæ, cui  
 titulus; *Lettera del Rev. Padre Maestro Paolo Antonio Foscarini Carmelitano sopra l'opinio-  
 ne de' Pittagorici, e del Copernico, della mobilità della Terra, e stabilità del Sole*; & *Il nuo-  
 vo Pittagorico Sistema del Mondo, in Napoli per Lazzaro Scoriggio 1615.* in qua dictus Pater  
 ostendere conatur, præfatam doctrinam de immobilitate solis in centro Mundi, & mo-  
 bilitate Terræ, consonam esse veritati, & non adversari Sacræ Scripturæ: Ideo ne ul-  
 terius huiusmodi opinio in perniciem Catholicæ veritatis serpar, censuit dictos, Ni-  
 colaum Copernicum de Revolutionibus orbium, & Didacum Alstunica in Iob su-  
 spendendos esse donec corrigantur. Librum verò Patris Pauli Antonij Foscarini  
 Carmelitæ, omnino prohibendum, atque damnandum, aliosque omnes Libros pariter  
 idem docentes, prohibendos, prout præsentis Decreto omnes respectivè prohibet,  
 damnat, atque suspendit. In quorum fidem præsens Decretum manu, & sigillo Illu-  
 strissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Sanctæ Cecilie Episcopi Albanen. signa-  
 tum, & munitum fuit, die 5. Martij 1616.

*P. Epif. Albanen. Card. Sanct. Cecilie.*

Locus † sigilli.

*Regist. fol. 90.*

F. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Prædicat. Secretarius.

## XV.

### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

QVONIAM ultra quamplurimos Libros, tum in Indice communi, cum in diversis  
 particularibus Edictis prohibitos, & damnatos, vti multa temeraria, calum-  
 niosa, scandalosa, seditiosa, schismatica, erronea, & hæretica respectivè continentes,  
 adhuc in dies cum tam maxima Catholicorum perniciæ, alij consimiles, contra veri-  
 tatem, & puritatem Fidei Catholicæ, multiplicentur, & prodeant: Ideo Sacra Con-  
 gregatio Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, volens pro  
 eius vigilantia, & munere, de opportuno remedio providere; ne ex eorum lectura,  
 Christi fideles erroribus, atque hæresibus inficiantur, & depraventur, illos quoque pro-  
 hibendos, atque damnandos esse censuit. Inter quos præcipuè, cum inspexerit, vti  
 perniciosissimos, & innumeris hæresibus, erroribus, blasphemijs, atq; calumniis scaten-  
 tes, in lucem prodisse infra scriptos, ne graviora in dies damna, in tota Republica  
 Christiana, ex ijs oriantur: eos omnes in specie omnino damnandos, atque prohibendos

esse voluit, sicuti presenti Decreto, penitus illos damnat & prohibet, ubicunque, & quovis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, ut nullus deinceps, cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum Prohibitorum contentis, eos audeat imprimere aut imprimi curare, vel quomodocunque apud se detinere, aut legere. Necnon etiam sub iisdem pœnis præcipiens, ut quicumque nunc illos habent, vel habuerint in futurum, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus, statim à presentis Decreti notitia, exhibere teneantur. Libri autem sunt *videlicet*.

Conclusionum Civilium, de Successione conventionali, & anomala, Classis prima, Per Bartholomæum Musculum.

Mercurij Gallo-Belgici Sleidano Succenturiati, *sive* Rerum in Gallia & Belgio potissimum, Hispania quoque, Italia, Anglia, Germania, Vngaria, Transilvania, vicinisque Locis ab anno 1555. vsque ad annum 1570. gestarum, Historica narrationes continuatæ. *Auctore* M. Gotardo Arrhusio Dantiscano.

Adami Theodori Siberi Dialecticon Academicarum, quæ sunt Orationes, Præfationes, Dissertationes, Epistolæ & Carmina.

Rogerij Waddington *Catholici Angli*, ad S. D. Paulum V. Pontificem Maximum humilis supplicatio.

Sextum renata, renovata, ac longè ornatus etiam quàm vnquam antea excole, Sphinx Theologico Philosophica.

Rerum, & Urbis Amstelodamensium Historia. *Auctore* Ioa. Isacio Pontano.

Discursus Historico-Politicus, in tres sectiones distributus. *Auctore* Henrico Beringero Philiteo.

Libellus cui titulus est; Marcus Antonius de Dominis Archiepiscopus Spalatensis, suæ profectionis consilium exponens: In quo complures Propositiones, formaliter hæreticæ, erroneæ, schismaticæ, sapientes hæresim, blasphemæ, scandalosæ, & contumeliosæ in Ecclesiam Catholicam Romanam, respectivè continentur.

Et quia in præfato etiam libello, *Author* ait. opus quoddam de Republica Christiana & brevi editurum, quod decem Libris complectetur, & singulorum Librorum materiam, quam in eis tractat, proponit: in quo se docere expressè asserit plures Propositiones, quæ cum manifestè hæreticæ sint; ideo prædictum quoque opus, ubicunque & quovis idiomate, sive iam impressum, sive imprimendum, præfati Decreto prohibetur.

In quorum fidem, manu, & sigillo Illustrissimi, & Reverendiss. D. Cardinalis S. Cecilie Episcopi Albanen. præfens Decretum signatum, & munitum fuit. *Die duodecima Novembris, MDCXVI.*

*P. Episc. Albanen. Card. S. Cecilia.*

Locus † sigilli.

*Regist. fol. 110.*

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Secret.

## XVI.

### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

**C**VM præter alios Libros Prohibitos, & Damnatos, in lucem quoque prodierint Infra scripti, innumeris hæresibus, erroribus, atque calumnijs scatentes; Sacra Congregatio Illustrissimorum S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, decrevit illos etiam omnino esse prohibendos, atque damnandos; sicuti præfati Decreto eos penitus damnat, & prohibet, ubicunque, & quovis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, ut nullus deinceps cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & in Indice Librorum prohibitorum contentis, eos audeat imprimere, aut imprimi curare, vel quomodocunque apud se detinere, aut legere. Necnon etiam sub iisdem pœnis præcipiens, ut quicumque nunc illos habent, vel ha-

buerint

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

buerint in futurum, eos locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus, statim à præsentis Decreti notitia, exhibere teneantur, Libri autem sunt, *videlicet*.

Georgij Cassandri Belgæ Theologi, Imp. Ferdinando Primo, & Maximiliano Secundo à Consilijs, Opera quæ reperiri potuerunt omnia. Epistolæ 117. & Colloquia duo cum Anabaptistis. *Parisius* 1616. Licet Author in Indice sit inter Authores primæ Classis prohibitus.

Supplication; & Requête à l'Empereur, aus Roys, Princes, Estats, Republiques & Magistrats Chrestiens, sur les causes d'assembler vn Concile general contre Paul Cinquieme, dressée par Nicolas de Morbais.

Theatrum Historicum, sive Promptuarium illustrium Exemplorum, &c. Initio ab Andrea Hondorfio conscriptum. Iam vero labore, & industria Philippi Loniceri, &c. Latinitate donatum, multisque in locis auctum, & illustratum.

Sessanta Salmi di David, tradotti in Rime volgari Italiane, secondo la verità del Testo Hebreo. *Col* Cantico di Simeonei dieci Comandamenti della Legge. Ogni cosa insieme *col* Canto.

Theologorum quorundam in Electoratu Saxonie Epistola invitatoria ad vniuersos Dominos Theologos, & Ecclesiarum Evangelicatum Ministros, tum in inclya Germania, tum alijs quoque in Regnis, & Provincijs, de Iubileo Lutherano, circa finem Octobris, & initium Novembris, solemniter celebrando, amicè conscripta.

Liber *cuius* titulus; Deus, & Rex. *Londini impressus* 1615.

Papatus Romanus; liber de origine, progressu, atque extinctione ipsius. *Londini ex officina Nortoniana, apud Ioannem Bellum* 1607.

Et licet etiam aliàs dictæ Congregationis Decreto prohibitum fuerit opus de Republica Ecclesiastica, sive tunc impressum, sive imprimendum, Marci Antonij de Dominis; tamen quia nuper eius prima pars in lucem prodijt, quatuor Libros continens, quamplurimis hæresibus, erroribus, atque calumniis referta: idèd denuo quoque huiusmodi opus prohibetur. *Cuius* titulus; De Republica Ecclesiastica Libri decem. *Au- tore* Marco Antonio de Dominis Archiepiscopo Spalatensi.

Atque etiam prohibitus declaratur eiusdem Authoris Libellus, in quo suæ professionis consilium exponit, sub hoc alio titulo denuo impressus, *vid. licet*.

Epistola Marci Antonij de Dominis Archiepiscopi Spalatensis ad Episcopos Ecclesiæ Christianæ conscripta, in qua causas discessus à suo Episcopatu exponit. *Campidoni*, 1617.

P. Episc. Albanen. Cardinalis S. Cæcilie.

*Locus* † *sigilli*.

Regist. fol. 121.

*Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Secret.*

## XVII.

### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Illustrissimorum DD. S.R.E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, 18. Maij 1618. omnes infrascriptos Libros damnandos atque prohibendos esse censuit. Sicuti præsentis Decreti penitus eos damnat & prohibet vbicunque & quouis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans vt nullus deinceps cuiuscunque gradus, & conditionis, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino & in Indice Librorum Prohibitorum contentis eos audeat imprimi curare, vel quomodocunque apud se detinere, aut legere. Necnon etiam sub iisdem pœnis præcipiens, vt quicunque nunc illos habent, vel habuerint in futurum, eos locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus, statim à præsentis Decreti notitia, exhibere teneantur. Libri autem sunt, *videlicet*.

Helfrici Vlrici Hunnij I.C. in Academia Giesse Professoris Ordinarij, De interpretatione, & authoritate Iuris, Libri duo.

Liber

Liber sine nomine Authoris impressus, cui Titulus Scogli del Christiano naufragio, quali vā scoprendo la Santa Chiesa di Christo alli suoi diletti figliuoli, perche da quelli possano allontanarsi.

Instruzione a' Principi della maniera, con la quale si gouernano li Padri Gesuiti, fatta da Persona religiosa, & totalmente passionata.

Defensio tractationis de diversis Ministrorum Evangelij gradibus, ab Hadriano Saravia editæ, contra Responſionem Theodori Beza: eodem Hadriano Saravia Authore.

Appendix necessaria syntagmatis Arcanorum Chemicorum, Andrea Libavij.

Epimetron Auctarium Theſauri Aphorismorum Politicorum, hoc est, Questionum Politicarum, seu, de administrandæ Reipublicæ ratione, Libri tres, absque nomine Authoris.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustrissimi, & Reverendiss. D. Cardinalis Bellarmini præſens Decretum signatum, & munitum fuit, die 18. Maij 1618.

Robertus Cardinalis Bellarminus.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 137.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secret.

### XVIII.

#### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

Sacra Congregatio, &c. Vt in Decreto præcedenti. Libri autem sunt. Videlicet,

CYNRADI Rittershusij Differentiarum Iuris Ciuilis, & Canonici, seu Pontificij, Libri septem.

Eiusdem Liber, cui titulus. Ius Iustinianæum, hoc est, Nouellarum Imp. Iustiniani Aug. Expositio Methodica.

Fioretti spiritali di Fr. Gio. Paolo Ferrella Cavaliere di Santo Spirito di Roma.

Heinrici Breulæi Lichtenaviensis, De renunciandi recepto more, modoque, &c.

Io. Isaaci Pontani Originum Francicarum. Libri sex.

Ioannis Keppleri. Epitome Astronomiæ Copernicanæ.

Liber absque nomine Authoris, Cui titulus: Repetitione delli principali capi della Dottrina Christiana, cavati dalla Sacra Scrittura, &c.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reverendiss. D. Cardinalis Bellarmini præſens Decretum signatum, & munitum fuit, die 10. Maij 1619.

Robertus Cardinalis Bellarminus.

Locus † sigilli.

Regist. fol. 139.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ord. Præd. Secret.

### XIX.

#### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

INFRAScriptos Libros quamplurimos erroribus, atque hæresibus scatentes, Sac. Congregatio Illustriss. DD. S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, præſenti Decreto damnat omnes, ac prohibet, ubicunque, & quovis idiomate impressos, aut imprimendos. Mandans, vt nullus deinceps cuiuscunque gradus, & conditionis, sub poenis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, eos audeat imprimere, aut imprimi curare, vel quomodocumque apud se retinere, aut legere. Necnon etiam sub

ijdem

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

hisdem poenis præcipiens, ut quicumque nunc illos habent, *vel* habuerint in futurum, eos locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus, statim à præsentis Decreti notitia exhibere teneantur.

Aulicus Politicus, diversis Regulis, & Definitionibus selectis instructus, ante multos annos sub nomine, Duri de Pasculo ablegatus, &c. Francofurti 1615.

Bernardi Zieritzij *Brandeburgensis*; De Principum inter ipsos dignitatis prærogativa, Commentatiuncula.

Christophori Besoldi *Tubicensis* I. C. Disputationum Nomicopoliticarum Libri tres. *Eiusdem*, De Iurisdictione Imperij Rom. Discursus.

Disputatio Theologica De Ecclesiæ Romanæ Idololatria. *impressus Geneva* 1619.

Dominici Armei Discursus Academici de iure publico, in quibus de Imperatoribus, Regis Romanorum electione, & potestate, Electorum origine &c. tractatur.

Ernesti Gotmanni Commentarius in Librum primum Codicis Iustiniani.

Hermani Latheri I. V. D. Husani. De Censu. *Tractatus Nomicopoliticus*.

Iacobi Regis Angliæ, Meditatio in Orationem Dominicam.

Iconica, & Historica descriptio præcipuorum Heresiarcharum, qui ab Ecclesiâ Catholica, & Christiana, ut Sectarij, ac Phanatici excommunicati reiectique sunt: in qua eorum dogmata non minus, quàm vitæ initium, & finis, breuiter perstringuntur Cuiusmodi ante hac nunquam, sed nunc primum in lucem prodit. Per C. V. S. *Impressus Arnheimij* 1609.

Ioannis Althufij I. V. D. Politica methodicè digesta, Exemplis sacris, & profanis illustrata.

*Eiusdem*, De Utilitate, Necessitate, & antiquitate Scholarum. Admonitio panegyrica.

Ioannis Scholij Praxis Logica: *sive* Scholæ, & Exercitationes Dialecticæ.

Iudicium Synodi Nationalis Reformatarum Ecclesiarum Belgicarum, *habita Dordrecht ann.* 1618. & 1619.

Nicolai Groderi Amphitheatrum Mortis maturæ, Sortis duræ.

Petri Ærodiij De Patrio Iure.

Reuision du Concile de Trente, *contenant* les Nullitez, &c. Liber Gallicè conscriptus.

Sorex primus, oras chartarum primi Libri de republica Ecclesiastica D. Archiepiscopi Spalatensis corrodens, Leonardus Marius Theologaster Colonienfis, à Daniele Loheto Burgundo Laudonensi, eiusdem Spalatensis Amanuensi, in mucipula captus, & eiusdem Scalpello confossus.

Wenceslai Budovvez Circulus Horologij Lunaris, & Solaris.

Conradi Schlussemburgij Opera omnia.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reverendiss. D. Cardinalis Bellarmini, præsens Decretum signatum, & munitum fuit, *die* 22. *Octobris* 1619.

Locus † sigilli.

*Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus* Ord. Præd. Secretarius.

## XX.

### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

**L**IBROS omnes infra scriptos varias hæreses, atque errores continentes, Sac. Cong. Illustriss. DD. S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum; ne ex eorum lectione in perniciem reipublicæ Christianæ Fideles inficiantur, ac depraventur, præsentis Decreti penitus damnat, ac prohibet ubicunq; & quouis idiomate impressos aut imprimendos. Mandans sub poenis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ut nullus in posterum cuiuscunque gradus & conditionis eos imprimere, aut legere, vel, quomodocunque apud se detinere audeat. Et quicumque illos habuerit, statim à præsentis Decreti notitia, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus exhibere eos teneatur.

*Index Prohibit. Romanus.*

dd Libri

Libri autem sunt, *videlicet*.

Acies Disputationum Politicarum methodicè instructa, &c. Auctore M. Reinhardo Marpurgenfi Hassio.

Basilij Monneri *Tractatus duo*. I. de Matrimonio. II. de Clandestinis Coniugiis. Georgij Debsæ, De Itinere suo Constantinopolitano, Epistola.

Historia del Concilio Tridentino, &c. di Pietro Soave Polano. *Editus in lucem per Marcum Antonium de Dominis Archiepisc. olim Spalat. Cum Eiusdem Præfatione & Dedicatoria.*

Iacobi Bornitij *Torgensis* Tractatus duo, I. de Maiestate Politica, & summo Imperio, eiusque functionibus. II. De Præmiis in Republica decernendis, deque eorum generibus, differentiis & mutationibus.

De natura Iurium Maiestatis, & Regalium explicatio. Matthiæ Bortij *Wojni-Megap.*

*Libellus inscriptus*, Due Prediche Catholiche; vna delle Opere buone; l'altra della Giustificazione dell' Huomo con Dio; Predicate nell' Imperial Palazzo di Praga, dal Rev. Padre P. Suero.

Tractatus de Salomonis Nuptiis; *vel* Epithalamium, in Nuptias inter Fredericum V, Comitem Palatinum, &c. & Elisabetham Iacobi Britanniarum Regis, &c. Filiam unicam.

M. Thomæ Sagittarij Epistolica institutio, *seu* de Conscribendis Epistolis, Tractatus. In quorum fidem manu, & sigillo Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Bellarmini præsens Decretum signatum, & munitum fuit, die 22. Novembris 1619. Robertus Card. Bellarminus.

Locus † sigilli.

Fr. Franc. Magdalenus Capiferreus, Ord. Præd. Secretarius.

## XXI.

### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

QUANQUAM scripta Nicolai Copernici nobilis Astrologi, de Mundi Revolutionibus, prorsus prohibenda esse Patres Sacræ Congregationis Indicis censuerunt, ea ratione, quia principia de situ & motu terreni globi, Sacræ Scripturæ, eiusque veræ, & catholicæ interpretationi repugnantia (quod in homine Christiano minime tolerandum est,) non per hypothesim tractare, sed verissima adituere non dubitat: Nihilominus, quia in iis multa sunt Republicæ utilissima; vnanimi consensu in eam iuerunt sententiam; ut Copernici opera ad hanc usque diem impressa, permittenda essent, prout permiserunt; iis tamen correctis, iuxta subiectam emendationem, locis in quibus, non ex hypothesi, sed asserendo, de situ & motu terræ disputat. Quia verò deinceps imprimendi erunt; non nisi prædictis locis, ut sequitur, emendatis, & huiusmodi correctione præfixa Copernici præfationi, permittuntur.

Locorum, quæ in Copernici Libris visa sunt correctione digna, emendatio.

In præfatione circa finem. Ibi (si fortasse) dele omnia usque ad verba: *hi nostri labores*; & sic accommoda; cæterum *hi nostri labores*.

In cap. I. lib. I. pag. 6. Ibi (si tamen attentius) corrige. *Si tamen attentius rem consideramus, nihil refert terram in medio mundi, vel extra medium existere, quoad salvandas celestium motuum apparentias: omnis enim, &c.*

In cap. 8. eiusdem Lib. Totum hoc caput posset expungi: quia ex professo tractat de veritate motus Terræ, dum soluit veterum rationes probantes eius quietem: cum tamen problematicè semper videatur loqui, ut studiosis satisfiat, & series & ordo Libri integer maneat, emendetur ut infra.

Primo pag. 6. dele versiculum (cur ergo) usque ad verbum (prouehimur) locusque ita corrigatur: *Cur ergo non possumus mobilitatem illi formæ sue concedere, magisque quod totus labatur mundus, cuius finis ignoratur, sciri que nequit, & que apparent in celo prouide habere,*

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

habere, ac si deceret Virgilius *Aeneas*, &c.

Secundo, pag. 7. vers. (addo) corrigatur in hunc modum, *Addo etiam difficilius non esse contento & locato, quod est Terra, motum adscribere, quam continenti.*

Tertio, ead. pag. in fin. cap. vers. *vides*, delendus est usque ad finem capitis.

In cap. 9. pag. 7. Principium huius capitis usque ad versiculum (*quod enim*) ita corrige. *Cum igitur terram moveri assumpserim, videndum nunc arbitror, an etiam illi plures possint convenire motus, quod enim, &c.*

In cap. 10. pag. 9. Versiculum (*proinde*) corrige sic, *proinde non pudet nos assumere. Et paulò infra ibi (hoc potius in mobilitate Terra verificari) corrige, hoc consequenter in mobilitate Terra verificari.*

Pag. 10. in fin. cap. dele illa verba postrema (*tanta nimirum est diuina hæc D. O. M. fabrica*)

In cap. 11. Titulus capitis accommodetur hoc modo. *De hypothesi triplicis motus Terra, eiusque demonstratione.*

In lib. 4. cap. 20. pag. 122. In titulo capitis dele verba (*horum trium siderum*) Dat. Romæ 1620.

Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Sacrae Congreg. Indicis Secret.

## XXII.

## SANCTÆ INQUISITIONIS.

Feria v. die 12. Iunij, Anno à Nativitate Domini Nostri  
IESV Christi, M. DC. XX.

In generali Congregatione S. Rom. & Vniuersalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali, coram Sanctissimo D. Nostro PAVLO Divina  
Providentia Papa QUINTO.

SANCTISSIMVS D. N. Paulus, Divina providentia Papa Quintus, ut erroribus, qui in Librorum Impressione obrepere, & committi solent via penitus occludatur, opportuno remedio providere volens, in hærendo Sac. Concilio Lateranen. sub Leone Decimo, sess. 10. Et regulis Indicis Librorum Prohibitorum iussu Concilij Tridentini editi à fel. rec. Pio Quarto, & deinde à Clemente Octavo Summis Pontificibus prædecessoribus suis approbatis, & confirmatis; re etiam cum Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Cardinalibus Congregationis S. Officij communicata, & maturè perpensa, motu proprio, ex certa scientia, & mera deliberatione, declaravit & decrevit, ut non solum in hac Alma Vrbe Roma à Vicario Sanctitatis Sux, & à Magistro Sacri Palatii Apostolici iuxta eiusdem Concilij Decretum, omnes Libri, & quæcunque aliæ Scripturæ imprimendæ examinari, & approbari debeant antequam imprimantur, sed etiam in tota Romana Prouincia huiusmodi examinatio, & approbatio accuratè fiat ab Episcopo loci impressionis, vel alio de eiusdem Episcopi mandato, ac ab eodem Sacri Palatii Apostolici Magistro ad id specialiter deputato à prædicta Congregatione Sancti Officij, ad quem simul, & ad Episcopos locorum eiusdem Romanæ Prouinciæ in quibus non sunt Inquisitores, Sanctitas Sua totum hoc impressionis Librorum, & aliarum Scripturarum negotium in eadem Prouincia Romana spectare voluit, & declaravit. Mandans insuper Sanctitas Sua, ut eadem Sacra Congregatio in dicta Romana Prouincia omnia, & singula in prædictis Indicis regulis contenta, exactè obseruari curet, & faciat. Inhibens propterea Vniuersis, & singulis Librorum Impressoribus, ac Bibliopolis sub Censuris, & pœnis in dicta Constitutione fel. record. Leonis X. & in prædictis regulis Indicis contentis, eo ipso absque vlla declaratione incurrendis, alijsque arbitrio eiusdem Sacrae Congregationis, etiam corporis afflictivis pœnis, ne in dicta Prouincia Romana Libros, & Scripturas, antequam ab Episcopo loci, seu alio de eiusdem Episcopi mandato, & præterea à prædicto Sacri Palatii Apostolici Magistro

dd 2

examinatæ,

examinata, & approbata fuerint, quoque modo imprimere, aut venales habere, seu proponere audeant, *vel* præsumant; In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Et ita mandauit perpetuis futuris temporibus inuolabiliter obseruari. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit quod præsens Decretum, seu illius Exempla ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arceant, & afficiant perinde, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent; quodque præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibita, *vel* ostensa.

Andreas de Pettinis Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

### XXIII.

#### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

**L**IBROS omnes infra scriptos continentes varias hæreses, atque errores. S. Congreg. Illustriss. DD. S. R. E. Cardinalium ad Indicem Deputatorum, præsent. Decreto damnat, ac prohibet. Mandans singulis cuiuscunque gradus, & conditionis sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis, vt eos in posterum imprimere, legere, *vel* quomodocunque apud se detinere, minimè audeant: sed illos omnes exhibuerint, statim à præsentis Decreti notitia, locorum Ordinarijs, seu Inquisitoribus exhibere teneantur.

Andræ Claudij, Ad Illustr. Tit. Digest. & Codicis; De conditione, ob Turpem, *vel* iniustam causam, Commentarius.

Annotationes Latinæ, quæ sunt in fine Octauæ Tomi Operum S. Ioannis Chrysost. Idiomate Græco in Anglia impressorum.

Anfaldi Cebà Historia Hester, *metricè conscripta*. Suspensa.

L'Anti-Cotone.

Libellus quamplurimis, conspersus erroribus ignoti cuiusdam Antonij Possuini, non quidem illius è Societate Iesu, nec alterius Antonij Iunioris eius Nepotis, cui titulus: Lettera di Antonio Possuino, nella quale si sforza di prouare che i Libri, che si leggono di sotto il nome di Dionygi Areopagita, siano di quello che fu discepolo di S. Paolo: Con la refutatione delle sue ragioni.

Appellatio Thomæ Præstonis, & Thomæ Grænei Anglorum, ab Illustrissimis Cardinalibus ad Indicem Deputatis, ad Papam.

Bernardini Corij Historia Mediolanen. *Non permittatur nisi correctæ*.

Cælij Malespinæi Nouellæ.

Christophori Besoldi Templum Iustitiæ, *sive* de addiscenda, & exercenda Iuris prudentia, Dissertatio.

Chronicon Portense, duobus Libris distinctum, &c. Opera, & studio M. Iuliani Pertuchij Tenstadiensis.

Cyriaci Herdensiani de Periurio, eiusque differentijs, & effectibus, repetitio.

Claudij Rhangolij Ordinis Minimorum: Commentaria in Libros Regum.

Collegium Politico-Iuridicum, continens omnium generalium Politicarum materiarum breuem, methodicam, & perspicuam Propositionem, &c. Proponente, & Præfidente, Io. Henslero.

*Libri cui titulus;* Confessione di Fede Cattolica & Apostolica, fatta di commun accordo, secondo la dottrina dell'Euangelio di Nostro Sig. GIESV Christo: Aggiunti vn breue Discorso della vtilità di leggere, & studiare la Scrittura, in questi vicini miserabili Templi, oue siamo.

Conradi à Liechtenau, Abbatis Vrspergensis, Chronicon Argenterati impressum. Prohibita omnes eius impressiones, Etiam noua hæc Argenterati habita. Nisi inde emotis duabus Epistolis in laudem Hæreticorum. Paralipomenon iam antea prohibitum, &c. alius

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

alijs postillis, atque additionibus huic nouæ impressioni insertæ 1609.

Dialogo di Giacopo Riccamati *Offanense*: Interlocutori il Riccamati, & il Mutio D. *Liber inscriptus*; Disputatio de Idololatriæ Corporis Christi Festo.

Dominici Baudii, Poëmarum noua editio. *Lugduni* 1616.

Duo volumina Disputationum selectiorum inauguralium, ex difficillimis iurium materiis desumptarum; à quibusdam Candidatis in Basileensium Academia publicè propofitarum.

Epistola Eucharij Martini *Budissino-Lusatij* ad Matthiam Comitem Lateranen.

*Liber Gallicè conscriptus*; Antithese des faits de Iesus Christ, & du Pape. Imprimè à Rome, l'an du grand Iubilé 1600.

Lettera di Giouanni Auentrot al Potentissimo Rè di Spagna, nella quale si dichiara il misterio della Guerra delle XVII. Province del Paese-Basso: Quæ etiam sub idiomate Hispano circumfertur.

Folium quoddam, cui titulus; Vn gran Gibileo, vna generale perdonanza, & assoluta remissione de' peccati, per proprio moto conceduta dalla Santità di N.S. e Sommo Pontefice ad ogni buono e fedel Cattolico, senza obbligo di mouersi di casa, e con ordine che sia publicata, da tutti i Vescoui, e Pastori di Chiese. Data nella suprema Corte del Paradiso, infin dalla origine del Mondo. Con privilegio perpetuo.

Elfrici Vlrici Hunnij I. C. in Academia Gieffena Professoris ordinarij: Variarum Resolutionum Iuris Civilis Libri IV. Et omnia eius Opera.

Henningi Arnici *Halberstadensis* de subiectione, & exemptione Clericorum; Item de Potestate temporali Pontificis in Principes: Et denique de Translatione Imperij Rom. Commentaria Politica.

*Eiusdem opus inscriptum*, De Doctrina Politica in genuinam methodum, quæ est Aristotelis reducta, ex probatissimis, &c. Francofurti 1596. impressum.

Hieronymi Schurph, Consiliorum, seu Responsorum Iuris, Centuria prima. *Francofurti impressa* 1612.

Iacobi Regis Angliæ, Meditatio in Cap. XXVII. Evangelij S. Matthæi, siue Hypotyposis inaugurationis Regiæ.

Indices, & Syllabi omnes particulares, extra Urbem absque autoritate, & approbatione Sacræ Indicis Congregationis impressi, post Indicem communem Sacri Concilij Tridentini, Pij Quarti authoritate editum, postea verò à Sixto Quinto auctum, & tandem iussu Clementis Octauæ recognitum, & publicatum.

*Libellus cui titulus*; Indulgentæ, e gratiæ della Sacra Religione della Merce della Redentione de' Cattivi. *Suspensa, donec corrigantur.*

*Liber inscriptus*. Informatione reale delle false Apparitioni, e Miracoli della Madonna di Trani, di S. Carlo Borromeo, e del Beato Aluigi, destinata alla publica vtilità, & opposta al commun' errore.

Ioannis Althusij I. C. Dialectologicæ Libri tres, totum & vniuersum ius quo vtuntur methodicè complectentes.

Luca Belli Commento sopra il Conuito di Platone, *donec corrigatur.*

Macchiavellizatio, qua Vnitorum animos dissociare nitentibus, responderetur.

*Liber inscriptus*: Manuale Catholicum, seu breue Compendium veræ antiquissimæ, & Catholicæ doctrinæ, in quo præcipua Christianæ Religionis capita, ex solo Dei verbo perspicuè explicantur.

Manuale Rerum Admirabilium, & Abstrusarum; continens venerandæ antiquitatis Assyriorum, Chaldaeorum, Persarum, Aegyptiorum, Arabum, & Græcorum Philosophorum, & Medicorum, Regum, & Principum, Gentilium, & Plebeiorum Philosophica, & Medica principia. Edita per D. Godfrid. Smoll.

Predica fatta da Monsig. Marc' Antonio De Dominis la prima Domenica dell' Ad-vento. *Quæ postea etiam falso assertitur impressa fuisse, cum privilegio: Romæ apud Io. Paulum* 1618.

*Atque etiam prohibitus iterum declaratur*, Libellus suæ Professionis, denuo ab ipso vulgari idiomate impressus, sub titulo; Manifesto di Monsignor Marc Antonio de Dominis, per la sua partita d'Italia.

*Et eiusdem*. De Republica Christiana Pars II. continens Librum V. & VI.

dd 3

Sicut;

Sicut, & omnia eius Opera, tum edita, tum edenda, Vbicunque, & in quouis idio-  
mate.

Martini VVeintikij. De ortu Monstrorum. Commentarius. *Suspensus donec cor-  
rigatur.*

*Liber, cui titulus;* Della Hebraica Medaglia, detta Maghen David, & Abraham Di-  
chiaratione di Don Angelo Gabriello Anguisciola. *Sicut etiam prohibita declaratur  
omnis huiusmodi Medalia, quæ circumfertur: & mandatur à quolibet eam habenti, Sancto Officio  
statim deferri.*

Nec non etiam prohibetur Quoddam impressum folium super ea, cui titulus, Ma-  
ghen David, & Abraham, Breue discorso, e compendiosa esaminatione della naru-  
ra, e proprietà di questa antichissima Medaglia, Estratto dal Libro sopra ciò, di Don  
Angelo Gabrielle Anguisciola.

Monita privata Societatis Iesu. Nottobrigie 1612. Sine nomine Auctoris.

*Liber inscriptus;* Vera Narratione del Massacro de gli Euangelici, fatto da Papisti,  
ribelli, nella maggior parte della Valtellina, nell' Anno 1620. adi 9. di Luglio:

Prattica de' Casi di coscienza, ouero Specchio de' Confessori del Reu. Padre Fr. Ni-  
codemo di Firenze Min. Osseruante di S. Francesco. *Suspensus, donec corrigatur.*

*Liber, cui titulus,* Nomenclator præcipuorum iam inde à nato Christo Ecclesiarum Do-  
ctorum, Scriptorum, Professorum, &c. Cui accesserunt concinna series Romanorum  
Pontificum, atque Imperatorum, & Catalogus præcipuorum Conciliorum, &c.

Oratio quædam Parthesiastica, qua auxilia à Rege, & Principibus Vngariæ petuntur,  
in Comitibus Neofolienfibus habita.

Pallas Rhetica Armata, & Togata. Authore Fortunato Sprecherio.

*Liber in idiomate vulgari denuo editus, sub titulo;* Paquino in estasi, qui iam in Indice Cl-  
mentis Octauo, prohibitus extat sub titulo Pasquilli Estatici.

Philippi Mornæi, Opus de Sacra Eucharistia in quatuor Libros distinctum, in quo,  
eius institutio, celebratio doctrina in primitiua Ecclesia quæ fuerit, & Missa quan-  
do, quomodo, quibus gradibus in ipsius locum primum irreperit, demum & inualuit,  
figillatim explicatur: Sicut & alia etiam omnia eius Opera.

Ranulphi Cheri, Delitiæ centum Poëtarum Gallorum.

Regnerii Sixtini Gasselenfis, de Regalibus.

*Liber, cui titulus,* Reuelatio Consiliorum, quæ initio Synodi Tridentinæ, inter Pon-  
tificem ceterosque Principes, & Status Pontificios, contra veros, & liberos Orbis  
Christiani Reges, Principes, & Ordines sunt inrita.

Rodulphi Goclenij, Tractatus nouus De Magnetica Vulnerum curatione.

Il salmista di Dauid, secondo la Bibbia; con la virtù di detti Salmi, appropriata per la  
salute dell'anima, & del corpo, e della sustanza di questo Mondo.

*Liber, cui titulus;* Nescimus quid Vesper serus vehat; Satyra Menippæa.

Sententia de Divina Prædestinatione, & annexis ei capitibus, quam Synodus Dor-  
drechana in Ecclesijs Reformatis receptam esse iudicat.

Sibylla Trig. Andriana, seu de Virginitate, Virginum statu & iure.

*Liber falso adscriptus,* Simoni Maiolo Episcopo Vulturariensi, cui titulus, Collo-  
quiorum siue dierum Canicularium, Tomus secundus; *Suspensus, donec corrigatur.*

Simonis Vigorij Apologia.

Synodi Dordracenæ, & eorum qui illi præfuerunt in Belgij Remonstrantes, quos  
vocant, crudelis iniquitas exposita; *prohibetur etiam, sicut ipsa Synodus Dordra-  
cena.*

Iudicium Synodi Nationalis Reformatarum Ecclesiarum habitæ Dordrecht. An-  
no 1618. & 1619. Cui subiectæ sunt Sententiæ, Edicta, Iudicia, ab Ord. Generali Belg-  
& Synod. Nation. lata in publicæ pacis, & Ecclesiarum Reformatarum perturbatores.

Synopsis Historiæ Vniuersalis ab origine Mundi per I. V. Summa Imperia (quæ  
Monarchias appellant) ad præsens tempus deducta: à Christophoro Helvico SS. litteræ &  
Hebr. Professore.

Speculum Aulicæ, atque Politicarum Observationum. Libri octo.

Ven. P. Stephani d'Alvin, de potestate Episcoporum, Abbatum, aliorumque,  
Prælatorum Tractatus, *suspensus donec corrigatur.*

Tarcei

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

Tarrei Hebi, Iudicium in Amphitheatrum Seriorum locorum  
Theologia Germanica ex Germanico translata, Ioanne Theophilo interprete, absq;  
nomine Authoris. Quæ sub alio etiam titulo circumfertur, *videlicet.*

Theologia Mistica, à Pio quodam Ordinis Dominorum Teutonicorum Sacerdote  
ducentis circiter ab hinc annis Germanicè conscripta, & à Ioanne Theophilo in Lati-  
num translata; *Lugduni 1580.*

Theophili Eugenij Protocatastasis, seu prima Societatis Iesu institutio restauranda.

Thomæ Dempsteri de Antiquitate Romanorum, *donec corrigatur.*

*Liber cui titulus;* Delle Turbulenze della Franeia, in Vita del Rè Henrico il Gran-  
de, d'Alessandro Campiglia, *donec corrigatur.*

Valentini Arithmæi *Lignitio Silesij*, Periculum Academicum; *id est* Disceptationum  
Legalium Parrus.

*Liber cui titulus;* Xenium ad Catholicos Anglos, *sive* brevis, & dilucida explicatio  
novi Iuramenti Fidelitatis: *Auctore* E. I. Theologo; ut Anglorum Catholicorum con-  
scientiæ plenius instruantur & tranquillentur, circa Iuramentum Fidelitatis.

Zacchariæ Fridenreich Politicorum Liber.

In quorum fidem, manu, & sigillo Illustrissimi, & Reuerendiss. D. Cardinalis Be-  
uilaquæ præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Die 16. Martij MDCXXI.*

*Bonifacius Cardinalis Beuilaqua.*

Locus † sigilli.

*Fr. Franciscus Magdalenus Capiferreus Ordinis Præd. Secret.*

#### XXIV.

### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

**S**ACRA Congregatio Illustrissimorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium ad Indicem Deputatorum,  
Suis Decreto, super prohibitione faciendæ omnium Collectionum, Declarationum, Decisio-  
num, ac Interpretationum Congregationis Concilij, tam impressorum, quam imprimendorum,  
infrascripti tenoris, videlicet:

Cum nuper Sacræ Congregationi Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum innotuerit,  
volumina Declarationum, e mentito ipsius Congregationis nomine produsse in lucem, quas  
tamen in tenebris delituisse consultius fuisset: quando nedum undique scatent erroribus, sed ali-  
cubi etiam vera, ac Germanæ Sacrosanctæ Synodi intelligentiæ prorsus adversantur: cumque  
eiusmodi Editiones, unde confusio, ac peruersio oriri facile potest, gravissimis etiam penis inter-  
dicantur constitutione sanct. mem. Pij IV. quæ incipit, Benedictus Deus: Illustrissimi Patres  
bonum semen ab inimici hominis zizania discerni, atque Occumenicæ doctrinæ integritatem  
salvâ, incorruptamque in Ecclesiâ Dei custodiri pro eo ac debent satagentes, Sanctiss. D. N.  
Gregorio XV. annuente; Decreverunt Indici Librorum Prohibitorum addendas esse omnes, &  
quascunque collectiones Declarationum, Decisionum, seu Interpretationum Congregationis  
Concilij impressas, vel imprimendas; præsertim verò Editiones infrascriptas, videlicet:

Sacri Concilij Tridentini Decisiones, & Declarationes Illustrissimorum S. R. Ecclesiæ Car-  
dinalium eiusdem Concilij Interpretum, ad diversa Exemplaria, &c. præsertim secundum cor-  
rectionem Petri de Marzilla; Opera & studio Ioannis De Gallemari.

Declarationes Concilij Tridentini ex Biblioth. manuscripta Prosperi Farinaccij.

Remissiones Doctorum, qui vera loca Concilij Tridentini incidenter tractarunt, Auctore  
Augustino Barbosa.

Declarationes Cardinalium Congregationis Concilij Tridentini, vñ cum Ioannis Sotelli,  
& Horatii Lucij Annotationibus.

Declarationes eorundem Cardinalium ex vltima recognitione Io. Gallemari, Cum Citationi-  
bus Io. Sotelli, & Remissionibus Augustini Barbosa.

Decreta Concilij Tridentini ad suos quæque titulos secundum Iuris methodum redacta, adiun-  
ctis Declarationibus auctoritate Apostolica editis, &c. Per Fratrem Petrum Vincentium de  
Marzilla.

In quorum fidem hæc propria manu subscripsimus, & sigilli nostri impressione communiri-  
finus. Dat. Romæ, die 29. Aprilis 1621.

R. Card. Vbatdinus.

Ideo, præfata Sacra Indicis Congregatio volens quamprimum executioni mandare, ut par-  
tibus huiusmodi prohibitionem, omnes supradictas Collectiones, Declarationes, Decisiones, & Inter-  
pretationes Congregationis Concilij, tum impressas, tum imprimendas, & præcipue supra expres-  
sas, præfenti Decreto ob id specialiter facto, prohibet: mandans singulis cuiuscunque gradus &  
conditionis, sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne in posterum a præfatis  
Decreti notitia, aliquas amplius huiusmodi Concilij Collectiones, Declarationes, Decisiones, &  
Interpretationes, imprimere, legere, vel quomodocunque etiam, sine alia Superiorum licentia,  
apud se detinere audeant.

In quorum fidem manu, & sigillo Illustriss. & Reverendiss. D. Cardinalis Bevilacqua præfati  
Decretum signatum, & munitum fuit die 6. Iunij 1621.

Bonifacius Card. Bevilacqua.

 impressionem Viterbij factam, apud Ludovicum Grignanum 1632.

Francisci Baronij C.P. Vindicata Veritas Panormitana.

Imperatoris Iustiniani Defensio: *adversus* Alemannum. *Authore* Thoma Riuo Re-  
 gis in Angliâ Advocato.

Institution de la Sodalité du Bien-heureux S. Ioseph, erigée en l'Eglise des Freres  
 Mineurs de l'Observance de S. Omer.

Iosephi Scaligeri, Iulij Cæs. à Burden. F. Epistolæ: *donec corrigantur.*

Lexicon Philosophicum informatum *Opera & studio* Rodolphi Goclenij senioris.

Liber *inscriptus*. Delle Condizioni di Abbas Rè di Persia, di Pietro della Valle il  
 Pellegrino, in Venetia 1628. Cum Auctor vt suum tantum agnoscat librum, qui Romæ  
 impressus est.

Lucerna in extinguibilis, Ignorantiæ tenebras ab anima fidei in docta proci pellens:  
 breuitate & facilitate inter omnes casuum Conscientiæ Summulas eminens eminent.  
 R. D. Pellegrini Polletræ de Cifono Vallis Mareni.

Le Mercure Iesuite ou Recueil des Pièces, concernant les Progres des Iesuites, leurs  
 Escriits, & Differents De puis l'an 1620. iusques à la presente année 1626.

Philander Philanax de Natura, Fine, Medijs Iesuitarum.

Psychologia vera I. B. T. Quæstionibus XL. explicata, &c. à Iohanne Angelio VVer-  
 denhagen.

Sanctificatio S. Ioseph Sponsi Virginis, Nutritij Iesu in vtero, affecta, &c. *Auctore*  
 Petro Marchant.

Vniuersæ Naturæ Theatrum: *Autore* Ioanne Bodino.

Vulpina Iesuitica, *hoc est*, Censura Admonitionis Sandæanæ: *Opera*, & *studio* Iacobi  
 Laurentij, Verbi Dei Naerdæ Administri.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi Domini Cardi-  
 nalis Pij Sacræ Congregationis Præfecti præsens Decretum signatum, & munitum fuit.  
 Roma Die decimanona Martij 1633.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Præd. S. C. Secret.

## XXXVIII.

## SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

**S**ACRÆ Indicis Congregatio, &c. Vt in Decreto præcedenti. *Libri autem sunt.*  
 Sactio perduellionis in Iesuitas Sacri Romani Imperij iuratos hostes; *Authore* Phi-  
 loxeno

INDICES  
 Librorum  
 PROHIBITORUM  
 E. V.  
 24.

Ioxeno Melandro.

Anatomia Societatis Iesu, *sive* Probatio Spiritus Iesuitarum.

Degl'Auvisi di Parnaso, *ouero* Compendio de Ragguagli di Traiano Boccalino, di Francesco Prati.

Continuatione del Commentario delle Guerre successe in Alemagna, del Conte Maiolino Bisaccioni.

Defensio Ecclesie Anglicanæ Rich. Crakranthorp: opus posthumum, à Ioanne Barkham in lucem editum.

Dialogo di Galileo Galilei, done ne i congressi di quattro giornate si discorre sopra i due Massimi Sistemi del Mondo, Tolemaico, e Copernicano.

Dissertatio Historico-Politico-Iuridica de Veterum Magistratuum, & modernorum h. e. Cæsaris, Cameræ Imperialis, Dicasterij Rorvveilenfis, Statuum Imperii, ludicum Austragarum, Alta, itemq; ac Bassa Iurisdictione, Georgij Andreæ Maier Wittenburgensis-Palatin.

Expositio noua in verbum hoc, Iudicium, Vincentij Nerii Neapolitani.

Eiusdem: Luminoso Sole, per mezzo del quale l'Anima Christiana può intrare nel Sac. Regno della Mistica & occulta Theologia.

Florilegium Insulæ Sanctorum, seu Vitæ & Acta Sanctorum Hiberniæ. Collegis & publicauit Thomas Messinghamus. *Suspensus donec corrigatur.*

Georgij Fabrij Cheminensis, Saxoniæ illustratæ Libri nouem.

Iesuita Exenteratus

Ioh. Ioustoni Poloni, Naturæ Constantia.

Eiusdem, Thaumaturgraphia naturalis.

Mariale, *sive* Apophthegmata Sanctorum Patrum in omnibus Festiuitatibus, & Martiris Virg. MARIE. Auctore Gregorio Gallicano. *Suspensus donec corrigatur.*

Mysteria Patrum Societatis Iesu.

Notitiæ Scilicet Ecclesiarum, Roccho Pirro Auctore. Panormi 1630. *Suspensus donec corrigatur.*

Eiusdem, Voluminis Primi Pars Secunda. Panormi 1633. *Suspensus donec corrigatur.*

Politica Imperialis, *sive* Discursus Politici; Ex Bibliotheca Melchioris Goldasti Confil. Saxon.

Prattica per aiutare à ben Morire, anco per quelli, che solo fanno leggere, e per imparare à ben Vivere, da quello che occorre e si deue fare nel tempo della Morte. Composta da Gio. Battista de Vilela.

Praxis Confessoriorum; Tractatus magnopere necessarius ad Munus Confessoris Auctore Carolo de Baucio. Neapoli 1633. *Suspensus donec corrigatur.*

Questiones quatuor de sacris Figurativis. Auctore. Petri Gioffio Empulitano.

Quinta Parte de la Historia Pontifical por Marco de Guadaluara y Xavier 1630. En Barcellona, per Sebastian de Cormelles. *Suspensus donec corrigatur.*

Rituale, seu Cæremoniale Ecclesiasticum iuxta Ritum S. Matris Ecclesie Romanæ, vsunque Fratrum Discalceatorum S. Patris Augustini per Galliam. Parisijs, apud Sebastianum Cramoisy 1632. *Suspensus donec corrigatur.*

Il Soldato Suezese.

Tebaide sacra, nella quale con l'occasione d'alcuni Padri Eremiti si ragiona di molte, e varie virtù: Di Paolo Bozi Veronese.

De Veritate, prout distinguitur à Revelatione, à Verisimili, à Possibili, & à Falso. Hoc opus condidit Edoardus Baro Herbert de Cherbury in Anglia, & Caltri Insulæ de Kerry in Hibernia.

In quorum fidem Manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Pij Sacre Congregationis Præfecti, præsens Decretum signatum, & munitum fuit Romæ die 23. Augusti 1634.

C. Episcopus Portuen. Cardinalis Pins.

Locus f. sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Præd. S. C. Secr.

SACRÆ

## SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

**S**ACRÆ Indicis Congregatio &c. *Vt in Decreto præcedenti.* Libri autem sunt Dissertationes ad Aur. Bullam Caroli IV. Rom. Imperatoris, &c. olim à Martino Rumelino ad disputandum propositæ; nunc reuissæ, & multis in locis auctæ à Iohanne Iacobo Speidelio *Sturgardiano*.

De Eminentissima Deiparæ Virginis Perfectione; *Authore* Iohanne Maria Zamora *Vrinensi*.

Exercitationes Academicæ ex Iure publico depromptæ, & maximè ad hodiernum S.I.R. Statum accommodatæ à Iohanne Wormsero.

Ioh. Angelij Werdenhagen Vniuersalis Introductio in omnes Respublicas, *sive* Politica Generalis.

Io. Baptistæ Catumfriti *Italo-Græci* opera; præterquam ab Authore recognita, Romæ iterum edita, & probata.

Iuris Publici Quæstio Capitalis; *Sint*-ne Protestantes Iure Cæsareo Hæretici, & ultimo supplicio afficiendi, &c. tractatus à Iusto Meiero.

Maria Concetta, *Poëma* di Gio. Carlo Coppola.

Tuba Pacis, occenta Scioppiano Belli Sacri-Clasico, Salpiste Theodoro Berenico Norico.

Ex Libro cui Titulus: Aloysij Novarinj Veronensis Electa Sacra: *Impressum* Lugdunensis Anni 1629. auferatur Epistola Dedicatoria Laurentij Durand Imperatoris, propter abusum locorum Sacræ Scripturæ.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentiss. & Reverendiss. D. Cardinalis Pii Sacræ Congregationis Præfecti præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Roma*, die 9. Maij 1636.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ordinis Præd. Secret.

## XL.

## MAGISTRI SACRI PALATII.

**E**SSENDO SI introdotte furtiuamente, e senza le debite licenze, e sparlesi per quest' Alma Città di Roma con iscandolo di molti, alcune opere, panegirici, sonetti, relazioni, & altre compositioni, con lodi non convenienti di persone heretiche.

Per tanto, Noi Fra Nicolo Riccardi, dell' Ordine de Predicatori, Maestro del Sacro Palazzo, Giudice Ordinario, &c. accio nessuno pretenda ignoranza, inherendo alle regole, e proibizioni antiche, co'l presente Editto proibiamo, e notificiamo à tutti li fideli, la proibizione delle sudette compositioni, che sono le seguenti.

Athenæ Batavæ: *sive* de Vrbe Leidenſi & Academia, Virisque claris qui veramque ingenio suo atque Scriptis illustrarunt; Ioannis Meursi libri duo; *Lugduni Batavorum apud Andream Clouquium, & Elzeuירים*.

Bibliotheca, *sive* Thesaurus Virtutis, & Gloriæ, in quo continentur Illustrum eruditione, & doctrina virorum Effigies & vitæ, summe diligentia, & accuratè descriptæ, & in centurias duas distributæ, per Ian. Iacobum Boissardum, artificiosissimè in æs incisæ, a Ioanne Theodoro De Bry. Accesserunt Clarissimorum aliquot Virorum Effigies, & Vitæ nunc recens conscriptæ, *Francfurti, sumptibus Guilelmi Fitzeri* 1628. La qual opera benchè già sia stata prohibita sotto il nome de Icones Quinquaginta Virorum Illustrum

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
24.

Illustrium, doctrina & eruditione Præstantium ad viuum effictæ, cum eorum Vitis descriptis à Ioanne Iacobo Boissardo *Vesuntino*, omnia recens in æs artificiosè incisa, & demum foras data per Theodorum de Bry *Leodien*. Francofurti anno 1595. Tutta via per la mutazione del titolo, & l'accrescimento di molte vite & elogj d'heretici, di nuouo si dichiara per totalmente prohibita, quanto à tutte le quattro Parti.

Oratio Panegyrica, qua Victoria de Tilio, & exercitu Pontificio ad Schusium VII. Sept. 1631. Auspicio, & ductu Serenissimi, Potentissimi, & Inuictissimi Saccorum, Gothorum, ac Vandalorum, &c. Regis Dn. Gustavi Adolphi libertatis Germaniæ vindicis partæ, memoriam celebrabat Ianus Ghebardus, Illustrium Groningæ, & Omlandæ Ordinum, Historiarum, & Græcæ linguæ ibidem Professor publicus, & ordinarius. *Groningæ, ex Officina Ioannis Sas Ordinum & Academia Typographi 1632.*

È finalmente, Qual siuoglia altro libro, panegirico, ragguaglio, elogio, sonetto, & composizione, imagine impressa ò coniatà, in lode del sopra detto e di qualsiuoglia altro heretico, con titoli speciosi in versi ò prosa, & in qualsiuoglia lingua che siano.

E però comandiamo à tutti li Librari, Medagliari, e Stampatori, & ordiniamo à qualsiuoglia altro che si trouara hauere alcuna delle sudette cose, debbano astenersi di leggerle, e seruirle, e fra dieci giorni della pubblicazione di questo nostro Editto consegnarle al nostro Offizio. Auuertendo li trasgressori, che oltre l'offesa di Dio, nella quale incorreranno, venendo à notitia nostra, si procederà contro di loro conforme alle pene contenute nelli Sacri Canonie nelle regole dell'Indice Romano, & altre pene à nostro arbitrio. *Dato nel Palazzo Apostolico, questo dì 26 Gennaio 1633.*

*Fr. Nicolaus Ricciardus Sac. Pal. Apost. Mag.*

Valentinus Valentinus Not.

## XLI.

### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

CUM inter Chalcedonensem Episcopum & Regulares Angliæ, postremis hisce Annis nonnullæ controversiæ ortæ sint, & harum occasione varij Libri vulgati, in quibus qui vtriusque partis opinionem sequuntur, plures contineri propositiones contendant Catholicæ doctrinæ repugnantes, non sine perturbatione publicæ quietis, & scissura fraternæ charitatis: propterea Sacra Congregatio Indicis ad euellenda radicibus germina discordiarum, & Christianam pacem inter fideles stabiliendam. Litterarum Apostolicarum, tam quæ à fel. rec. Clemente Papa Octauo sub die v. Octobris 1602. quam quæ à SS. D.N. Urbano Papa Octauo, sub 9. Maij 1631. ad huiusmodi contentiones in Anglia excitatas supprimendas & libros prohibendos emanarunt, & ad alias Nationes nondum peruenierunt, auctoritatem secuta; decreuit omnes & singulos Libros. Tractatus, & alia quæcumque quouis idiomate & vbitumque impressa, siue manu dumtaxat exarata, quæ ad prædictas controuerfias spectare, aut quacumque ratione directè vel indirectè trahi possint, siue præfatas contentiones principaliter & immediatè, siue occasionaliter & mediatè quomodolibet attingant, supprimendas, prout præfenti Decreto omnino supprimi; mandans omnibus & singulis toto Orbe fidelibus cuiuscumque status, conditionis, præminentie, & dignitatis sub pœna Excommunicationis ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua non nisi à Sancta Sede Apostolica, præterquam in mortis articulo absolui possint; ne vllus in posterum imprimere, manu scribere, aut quouis modo de iis rebus tractare, aut disputare, aut quæstiones mouere audeat.

Ne quis autem ex hoc Decreto alios criminandi, vel exprobrandi occasionem aliquam attripiat: eadem Sacra Congregatio expressè declarat, se in præsentia non intendere aliquid de meritis, causæ statuere, vel vlli Auctori, aut Operi ignominiam aliquam, vel notam malæ doctrinæ inferre, sed iudicium horum omnium Apostolicæ Sedi in opportunum tempus reseruans, nunc præcipit, ne quis aduersæ partis Libros, Tractatus, &c. eorumque Auctores, hæreticis vel malæ doctrinæ nota, seu alia quacumque, ante

*Index Prohibuit. Romanus.*

gg

Sedis

Sedis Apostolica Diffinitionem verbo, *vel* scripto deinceps afficiat.

In quorum omnium, & singulorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Pij Sacrae Congregationis Praefecti praesens Decretum signatum, & munitum fuit. *Rome*, die xix. Martij 1633.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

F. Io. Baptista Marinus Ord. Praedic. S. C. Secr.

Locus † sigilli.

## XLII.

### SACRAE CONGREGATIONIS INDICIS.

SACRA Congregatio Indicis, ad extinguendos inter Sacros Religiosorum Ordines Squæstionum fomites, & ob non servata Sacri Concilij Tridentini præcepta, decrevit & mandavit, sub pœnis in Sacro Romano Indice Librorum Prohibitorum, & Sacris Canonibus contentis, de medio tollendam esse & à fidelium oculis amovendam effigiem Sancti Basilij Magni Cucullati, habitu prorsus Benedictino, Regularum suarum Codicem sinistra manu tradentis quatuor Sanctis Patribus Religiosorum Ordinum Fundatoribus coram se genu flexis, deque dextero latere se se præbentibus in conspectum cæterorum Ordinum etiam Militarium Fundatoribus; additis sub effigie verbis, Ad reuocandum vitæ Communis Cœnobiticæ originem in eiusdem Sancti Patris institutionem typis æneis expressam à Ioanne de Noort, anno 1634. Ac proinde distictè inhibet omnibus & singulis Christi fidelibus, ne dictam effigiem impressam, pictam, seu insculptam, apud se detineant, illamque si quomodolibet apud eos extiterit, locorum Ordinarijs aut Inquisitoribus statim exhiberi iuber. Impressoribus vero, incisoribus, pictoribus, & scultoribus sub pœnis iisdem, alijsque arbitrio eiusdem Sacrae Congregationis prohibet omnino, ne huiusmodi effigiem moliantur in posterum, necnon formas quascumque, statim à præsentis Decreti notitia infringi præcipit, ac deleri. Atque ita ubique locorum ab omnibus & quibuscumque servari decrevit.

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis Pij præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Rome*, 10. Decembris 1636.

C. Episcopus Portuen. Cardinalis Pius.

Locus † sigilli.

Fr. Io. Baptista Marinus Ord. Praed. Secr.

## XLIII.

### SANCTÆ INQUISITIONIS.

Feria V, die 5. Maij MDCXXXIX.

In generali Congregatione S. R. & Vniuersalis Inquisitionis habitam Palatio Apostolico apud S. Petrum coram S. D. N. D. Urbano divina Providentia Papa VIII; ac Eminentiss. & Reverendiss. DD. S. R. E. Cardinalibus, adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus generalibus à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SANCTISSIMVS D. N. D. Urbanus divina providentia Papa Octavus, attentè perpendens; quòd nulla cura magis anxios & sollicitos habeat Romanos Pontifices, quàm ne lolium & zizania adulterinæ doctrinæ pro sincero veritatis Catholice trinitate, in agro Dominico succrescant: Quodque ob id fel. record. Clemens Octavus, simul atque accepit in quadam vetusta Turri Ciuitatis Granatensis, Torpiana nuncupata, pro

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
= 4.

pro commodiore noui Templi ædificatione, annò 1588. deiecta, scripturam quandam Sanctissimo Apostolo & Evangelistæ Ioanni adscriptam, litterisque Arabicis, Græcis & Latinis in membrana exaratam, fuisse repertam; Ac deinde in cavernis Montis Illipolitani, dicti sacri, prope eandem Ciuitatem in Regno Granatensi, quosdam libros & laminas plumbeas Arabico sermone, & antiquis characteribus conscriptas, varia de rebus fidei pertractantes, partim Beato Iacobo Apostolo, partim verò quibusdam alijs eius, vt ferebatur, Discipulis attributas, anno 1595 & 1596. effossas fuisse: Iteratis litteris in forma Breuis Petro de Castro Archiepiscopo quondam Granatensi præceperit, vt ab huiusmodi Librorum, non solum iudicio, sed editione etiam & peruulgatione abstineret, ac præterea omnibus & singulis quacumque auctoritate fungentibus personis in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœnis & censuris suo arbitrio imponendis, iniungeret & mandaret, ne circa eosdem libros & ea quæ in illis continentur, aliquid affirmare vel negare vel aliàs de ijs iudicare quouis modo auderent vel præsumerent; cum nemini præterquam Romano Pontifici de dictis Libris eorumque doctrina iudicare aut statuere liceret; Denique vt omnia ad hæc pertinentia vndique perquireret, ac ad Sedem Apostolicam simul cum ipsis genuinis exemplaribus perferenda curaret, vt matura deliberatione adhibita, tandem decernere posset, quid certò statuendum esset de dictis Libris ac laminis adeo, ob linguæ antiquitatem ac litterarum genus ab huius sæculi vsu remotum, obscuris, dubiis atque implexis, vt *vel ipse* Archiepiscopus fateretur se magnam Interpretum varietatem & difficultates non paucas deprehendisse. Considerans præterea alios deinceps prædecessores suos vehementi sollicitudine in eam cogitationem incubuisse, vt præfati Libri ac laminæ Romam aduectæ à Peritis Linguarum Viris, doctisque Theologis explanari & examinari possent, probè aduertentes, versiones quascumque ad examen & iudicium perfectum ac indubitatum sine ipsis originalibus reuocari non posse. Sanctitas Sua eorum vestigijs insitens, in eadem pariter cura sedulo laborauit, nihilque intentatum reliquit, quatenus Romam dicti libri, ac laminæ ad præfatum finem & effectum transmitterentur. Verum cum rei g-uentus minimè hæcenus votis responderit, & passim iam à pluribus auctoribus in Libris impressis, & ab alijs in publicis Concionibus etiam ad dogmata stabilienda, honorificè citentur, & maiorem venerationem tanquam Diuinæ cuiusdam & Canonice auctoritatis in dies acquirant; licet grauissimi Viri & linguarum Periti, magni in contrarium momenti exceptiones atque difficultates attulerint, asserentes non pauca in quibusdam ex dictis scripturis & laminis contineri, quæ impietatem, superstitionem ac errores redolent. Idcirco Sanctitas Sua præcauere interim volens, ne sub commentitio Apostolorum eorumque Discipulorum nomine, adulterinæ fortasse doctrinæ in Ecclesiam Dei irrepat, post grauem & maturam consultationem, auditisque super ijs Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum votis; statuit præfatos Libros, scripturas ac laminas, quocumque nomine nuncupatas, suspendendas esse, easque præsentis Decreti vigore suspendit, illisque ac illarum versionibus seu interpretationibus fidem aliquam adhiberi, aut venerationem seu cultum deferri omnino prohibet, donec Sedes Apostolica definiat, quid tam de laminarum qualitate & doctrina, quam de versionum & interpretationum veritate & fidelitate, tenendum & sequendum sit. Libros similiter omnes, tractatus, responsa, consulta, commentarios, glossas, additamenta, aut annotationes, & quæcumque alia, sine manu dumtaxat exarata, sine typis impressa, quæ ex professo de dictis laminis & scripturis tractant, suspendit penitus ac prohibet, nec legi aut teneri posse declarat, sed statim Ordinarijs locorum, seu hæreticæ prauitatis Inquisitoribus consignari mandat: donec Sedi Apostolice aliter statuere visum fuerit. Si qui vero libri sint, tractatus, aut alia quæuis manuscripta, seu typis impressa, quæ ad alias quidem materias spectant, in incidenter verò aut obiter de dictis laminis vel eorum doctrina mentionem faciunt, ijs omnibus pariter, quoad illam partem, omnem prorsus fidem, atque auctoritatem abrogat, & abrogaram esse decernit, talesque Libros & tractatus expungi iubet, aliter inter suspensos & prohibitos donec expurgentur, censeantur. Præterea quia docti nonnunquam Viri Granatæ à præfato Archiepiscopo, tum alibi ab alijs ad dictas laminas interpretandas, vel comprobandas, vel aliter quomodo libet explanandas conuocari dicuntur; Sanctitas Sua eas conuocationes, congressus, con-

sessus, consultationes, sententias pariter, & iudicia, si quæ inde secuta sunt, nullius prorsus ponderis & auctoritatis fuisse & esse declarat; similiâque deinceps fieri ditionis, dignitatis, & præminentia quantumvis excelsæ, & quantumvis eorum specialis ac individua mentio faciendâ esset, præcipit; ne in posterum in ipsorum Librorum seu laminarum approbationem quicquam principaliter vel incidenter conscribere, aut conscriptum à se vel ab aliis imprimere, siue aliter divulgare, aut scribi, imprimi, vel divulgari facere, eosdemque Libros ac laminas ex Arabico, aliove quovis idioma in aliud quodcumque de cætero convertere audeant, aut in Libris, concionibus, lectionibus, Congregationibus, consultis, aut responsis ore tenus, vel scripto datis, quicquid de iisdem aut earum doctrina tractent, neque Authores de ea tractantes, quoad illam partem, citent; Si qui verò dd. laminarum, vel partis earum exemplum habuerint, Ordinarijs locorum aut Inquisitoribus, ut præfertur, illud tradere teneantur, neque posthac aliud conficere, aut confici facere possint. Atque ita decrevit, & ubique terrarum inviolabiliter ab omnibus observari mandavit. Transgressores autem, siue Ecclesiasticos, siue laicos cuiuscunque status, gradus, conditionis, dignitatis, vel præminentia quantumvis speciali nota dignæ, excommunicationi, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolvi possint eò ipso subiecit: Ac præterea Regulares in suorum Officiorum, & dignitatum, vocisque activæ & passivæ amissionem, perpetuæque ad illa inhabilitati; Clericos verò Sæculares in dignitatum pariter & Officiorum privationem, atque perpetuam eorumdem incapacitatem penas ipso facto incurtere voluit; Laicos autem, præter excommunicationem alijs Ordinariorum, seu dd. Inquisitorum arbitrio pro modo culpæ infligendis pœnis, etiam pecuniarijs, & corporalibus coërceri, mandavit. Quibus Typographi quoque plectantur, si ex supra prohibitis, vel suspensis aliquid impesserint, ac præterea impressa omnia amittant. Contrariis quibuscunque non obstantibus. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo præterendi, voluit, ut Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad valvas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

*Io. Antonius Thomasius Romana, & Vniuersalis Inquisitionis Not.*

#### XLIV.

#### SACRÆ CONGREGATIONIS INDICIS.

**S**A CRA Congregatio Indicis infra scriptos Libros ut damnatos, ac prohibitos publicari censuit; sicuti presenti Decreto eos damnat, ac prohibet: Mandans omnibus, & singulis cuiuscunque gradus, & conditionis sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis, ne ullus in posterum eos imprimere, legere, aut quouis modo apud se retinere audeat; & si quis aliquos illorum habuerit, ut statim omnes à præsentis Decreti notitia locorum Ordinarij, aut Inquisitoribus consignet. Libri autem sunt;

*Ασυλία*, hoc est, *De Iure Asylorum Tractatus* locupletissimus. Auctore Georgio Ritterhusio, Conradi F.

*Della Comunione con Iesu Christo nell'Eucharistia*; Contra i Cardinali Bellarmino, e da Perron. Trattato di Giovanni Mestrezat Ministro della Parola di Dio nella Chiesa di Parigi. Tradotto dalla Lingua Francese nella volgare Italiana, per Vincentio Paravicino, Ministro della parola di Dio nelle Chiese di Bondono, e Castesegna in Bregaglia.

*Declaration de François Clouët, cy-deuant appelé Pere Basile, de Rouën, où il deduit les raisons qu'il a eues de se separer de l'Eglise Romaine, pour se ranger à la Reformée.*

*Diuina Sapientia Arte constructa, ad Cognitionem & Amorem Dei acquirendum*, Auctore Ioanne Blanco, Medicina Doctore Niceno.

*Edonis Neuhusij Fatidica Sacra, siue De Diuina Futurorum Prænuntiatione*, lib. II.

*Iohannis Cluveri opera omnia.*

*Isaci*

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
24.

Isaaci Casanboni Epistola, quotquot reperiri poterunt. Adiecta est Epistola de morbi eius mor-  
tisque causa deque ipsdem narratio, Raphaëlis Thorij.

De Manu Regia Tractatus Gabrielis Pereira de Castro.

Il Ministro di Stato del Signor de Silhon; Trasportato dal Francese per Mutio Zicatta.

Paradisus Carmelitici Decoris; Auctore Marco Antonio Alegre de Casanate.

Il Principe Nigello, di Guid'Vbaldo Benamati.

Prenues des Libertez de l'Eglise Gallicane.

Stephani Bauny Moscomensis Theologia Moralis.

Eiusdem, Somme des Pechez qui se commettent en tous Esats.

Eiusdem, Pratique du Droit Canonique.

Storga Salice, id est, Epistola, in qua Pater Orthodoxus Filium Papistam reducere conatur.  
Authore Stephano Gabriele Ecclesie Ilantina in Griseo Rhetorum Federe Ministro.

Tractatus de Supplicatione, ad Sanctissimum, a Litteris & Bullis Apostolicis nequam, & im-  
portunè impetratis; Et de earum Retentione interim in Senatu: Authore Francisco Salgado  
de Somoza.

Traitez des Droits, & Libertez de l'Eglise Gallicane. Par M. Pierre Pithou.

In quorum fidem Manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi DD. Cardinalis Pij  
Sacri Collegij Decani præsens Decretum signatum, & munitum fuit. Romæ, die 26. Octo-  
bris 1640.

C. Episcopus Hostien. Card. Pius.

Locus † Sigilli.

Fr. Io. B. Marinus Ord. Præd. Secr.

#### XLV.

Bulla VRBANI Papæ VIII. Prohibitio Libri, cui titulus: Augustinus  
Cornelij Iansenij.

VRBANVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti Ecclesiæ Militantis Sede, &c. Postea recol. mem. Paulus Papa V. simili-  
ter prædecessor noster, ad tollenda scandala, & dissensiones, quæ in Ecclesia Ca-  
tholica oriebantur, occasione editionis Librorum & operum de Auxiliis tractantium;  
in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis, sub die 1. De-  
cembris, Anni Domini 1611. eoram ipso habita, decreuit, vt scriberetur Nuntijs Apo-  
stolicis, quod notificarent & ordinarent Superioribus Religionum, & Vniuersitatibus  
Studiorum, & Ordinarijs eorum Nuntiaturæ, ne finerent imprimi in materia de Au-  
xilijs, etiam sub prætextu commentandi S. Thomam, aut alio modo; & qui vellent de  
hac materia scribere & imprimere, prius mitterent Tractatus & Compositiones ad di-  
ctam sanctam Vniuersalem Inquisitionem; & in executionem mentis dicti Pauli præ-  
decessoris, eiusdem Decreti tenor omnibus prædictis per Nuntios respectiue fuit legi-  
timè intimatus: Successiueque, ne contra prædictum Decretum aliquid attentari con-  
tingeret, sed scandala, & dissensiones omnino cessarent; Nos in alia Generali Con-  
gregatione dictæ Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis, Feria quinta die 22.  
Maij, Anno Domini 1625. per aliud Decretum nostrum, ipsum Pauli prædecessoris  
Decretum confirmavimus & innouauimus; ac omnibus & singulis cuiusvis Religionis,  
Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis etiam de necessitate exprimendæ, Re-  
gularibus, & alijs quibuscumque, tam Ecclesiasticis quam Sæcularibus personis cuius-  
cumque status, conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam  
Sæcularis, ne in posterum auderent imprimere, vel quomodolibet in lucem edere li-  
bros, Tractatus, vel compositiones, ex professo vel incidenter, aut prætextu co-  
mentandi Diuum Thomam, vel quemlibet alium Doctorem, aut alia quavis occasio-  
ne, prætextu, vel modo, de materia Auxiliorum Diuinorum tractantes, sine expressa  
& speciali licentia à Nobis, in Congregatione Sancti Officij prædicta, obtinenda, donec

aliud in hac materia à Sede Apostolica foret ordinatum; districte præcepimus & mandauimus; & vt huiusmodi nostrum Decretum inuolabiliter obseruaretur, & officiorum suorum, vocis activæ & passivæ, facultatis concionandi, publicè legendi, docendi, & interpretandi, ipso facto, absque alia declaratione, incurrere, & nihilominus alijs etiam pœnis nostro, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum arbitrio infligendis subiaccere. Librosque quos ex tunc deinceps, contra dicti nostri Decreti tenorem, edi contingeret, absque alia declaratione, tanquam expresse prohibitos haberi, & Impressores, præter amissionem Librorum, pecuniarijs aliisque corporalibus pœnis, iuxta criminis gravitatem teneri. Novissimè tandem accepto per Nos in Oppido (Civitate nuncupato) Louanensi, quosdam assertos, Cornelij Iansenij olim Episcopi Iprensis executores ex testamento, in lucem edi curasse Librum, cui titulus Augustinus, ex professo continentem & tractantem materiam de Auxilijs, nulla pœnis occasione Patres Societatis Iesu, nonnullas in Civitate Antuerpien. de eadem materia tractantes Theses, pariter absque licentia eiusdem Congregationis, imprimi curasse, opinionesque Iansenij in prædicto libro contentas oppugnasse, rursusque nonnullas alias, orationes, scripturas, Epistolas, Thesesque, in calce infra scripti Decreti nostri tunc registratas, tam pro dicti Libri Iansenij, quam Thesum à Patribus Iesu editarum defensione impressas fuisse, non solum contra prædictorum Decretorum prohibitionem, sed etiam in grave scandalum & offensionem Ecclesiæ Catholice: Nos vt malis huiusmodi imminetibus quanto citius occurreretur, & ne in posterum vilius auderet dictis Decretis contraire, per aliud Decretum in alia plena & generali Congregatione eiusdem Sanctæ Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis coram Nobis die primo Augusti proximè præteriti habita, inhærendo prioribus Decretis à Paulo prædecessore, & à nobis, vt supra, editis, pro tunc dictum librum Iansenij, cui titulus, Augustinus, Louanij impressum, necnon Theses à Patribus Societatis Iesu Antuerpien. in lucem editas, aliasque scripturas in calce posterioris nostri Decreti huiusmodi registratas, iam vigore anteriorum supradictorum Decretorum prohibitas, de novo prohibuimus, ac pro prohibitis omnino haberi volumus. Mandauimusque sub pœna excommunicationis, ipso facto incurrendæ, ne quis cuiuscunque status, gradus, conditionis, & qualitatis, etiam speciali & specialissima nota dignæ, librum & Theses prædictas, aliasque scripturas, vt supra, absque dictæ Sedis licentia in dicta Congregatione Sancti Officij obtinenda, retinere & legere posset. Mandauimus insuper omnibus, & singulis cuiusvis Religionis, Ordinis, & Dignitatis, Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali dignitate suffultis, Collegijs & Vniuersitatibus, sub prædictis, vt supra, excommunicationis, ipso facto incurrendæ, Interdicti Ecclesiastici, respectivè, aliisque, arbitrio nostro, pœnis infligendis, etiam corporalibus, ne in posterum auderent imprimere, nec quomodo in lucem edere Libros, Tractatus compositiones, ex professo vel incidenter, etiam sub prætextu commentandi Dium Thomam, seu in Philosophicis, agendi de concursu causæ primæ cum secunda, & præsertim defendendi, aut impugnandi librum dicti Iansenij, cuius titulus, Augustinus, vel Theses Patrum Societatis Iesu, aliasque scripturas in calce dicti posterioris nostri Decreti, vt præfertur, registratas & prohibitas, aut alia quavis occasione vel modo, de materia Auxiliorum divinorum seu de Gratia & Libero arbitrio tractantes, sine expressa licentia à nobis in dicta Congregatione Sancti Officij obtinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apostolica prædicta foret ordinatum. Absolutionem verò à prædicta excommunicatione, necnon interdicti suspensionem & relaxationem, Nobis & dictæ Congregationi reservauimus; Non obstantibus quibuscunque privilegijs, etiam Sanctæ Cruciatæ, Iubilæi (etiam generalis) & facultatibus Missionariorum, ac alijs à dicta Sede emanatis seu emanandis; quibus omnibus in hac parte derogauimus: Volumusque etiam omnia suum plenarium sortiri effectum, omnesque contrafacientes, vt supra, ligare, nec quemquam excusari posse, etiam sub prætextu, quod anteriora Decreta Pauli prædecessoris, & nostra, alias, vt præfertur edita, non forent in Provinciis intimata, vel vti recepta. Irritum quoque, & inane decreuimus quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attentari; Contrariis quibuscunque

INDICES  
Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
24.

cunque non obstantibus. Et ne præmissorum ignorantia posset ab aliquo prætendi volumus, ut posterius nostrum Decretum huiusmodi seu illius exemplum, ad Valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis & Principis Apostolorum de Vibe, & in Acie, Campi floræ, affixum, omnes ita arctaret & afficeret, ac si unicuique personaliter intimatum foret. Nota verò Librorum, & scripturarum prohibitarum, in calce posterioris Decreti nostri huiusmodi registratarum, hæc est. Liber *cui titulus*, Augustinus, impressus Louanij Typis Iacobi Zezeri Anno 1640. & Parisijs 1641. Theses Theologicæ de Gratia, Libero arbitrio, & Prædestinatione, Antuerpiæ apud Ioannem Meursium Anno 1641. Cornelij Iansenij Iprensis Episcopi, &c. Laudatio Funeralis dicta à R. Fratre Ioanne à Lapide, &c. Louanij, Typis Bernardini Marij, &c. Epistola idioma Hispano, All'Eminentissimo y Reuerendissimo Señor Cardinal de la Cueva, de la Congregacion de la S. Inquisicion, por el P. Pedro Biuero de la Compania de Iesus, Predicador del Señor Cardinal Infante; Dat. in Bruxellas 26. Henero 1641. Memoriale idioma Hispano Cardinali Infanti Hispan. incipiens *Serenissimo Señor*, & finiens *Cómo es V. Cathol. Real. A.* Libellus, cui titulus, Humilis, & supplex querimonia Iacobi Zegers Typogr. Louan. aduersus Libellum R.P.S.I. Regiæ Cappellæ Bruxell. Concionatoris, & Theses PP. Societatis, Louanij apud Iacobum Zegers anno 1641. primæ, secundæ, & tertiæ editionis. Memoriale ad Eminentissimum Cardinalem de la Cueva, circa Querimoniam frivolum Iansenianam, &c. contra Theses Theologicas, & Libellum supplicem, &c. Eiusdem de eodem tela ingesta & regesta. Theses Theologicæ, Apologeticæ, & Miscellanæ aduersus doctrinam Cornelij, &c. sub prætextu querimoniarum Typographi Louanienfis, editionis secundæ, &c. Antuerpiæ apud Ioannem Meursium Anno 1641. Libellus, cui titulus, Augustini Hipponensis, & Augustini Iprensis, de Deo omnes saluare volente, &c. Homologia, &c. Louanij apud Iacobum Zegers Anno 1641. Epistola Liberti Fromundi, & Henrici Caleni Louanij 16. Iunij 1641. R. P. Societ. Iesu Louan. incipiens, *Theses vestras*. Epistola Professorum S. Thom. Colleg. Societ. Iesu Louan. Liberto Fromundo, & Henrico Caleno, incipiens *Gratias agimus*, &c. Epistola, cui titulus, Petrus Biuerus Doctoribus Iansenianis, &c. Ad rem, &c. incipiens, *Adrem Amici*, &c. Somnium Hipponense, sive de Controversijs, &c. Relatore Phyletimo S. T. Baccal. Formato, Parisijs anno 1641. Insuper omnes alij libri, Opuscula, Epistolæ, Orationes, Theses, &c. aliaque omnia tam edita hucusque quam imprimenda, tam contra quam pro Cornelio Iansenio, ac Patribus Iesuitis. Cum autem ex diligenti, & matura eiusdem Libri, cui titulus, Augustinus, lectione, postmodum compertum fuerit, in eodẽ libro multas ex propositionibus à prædecessoribus nostris olim, ut præfertur, damnatas, contineri, & magno cum Catholicorum scandalo, & auctoritatis dictæ Sedis contemptu, contra præfatas damnationes, & prohibitiones defendi; Nos huic malo, in scandalum totius Reipublicæ Christianæ & Fidei Catholicæ perniciem vertendi, opportunum remedium adhibere volentes; Constitutionis Gregorij ac Pauli prædecessorum prædictorum nostrorum, necnon Decretorum huiusmodi totos, & integros tenores, ac Datas etiam veriores præsentibus pro taliter expressis, & insertis habentes; Motu proprio, ex certa scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine, ac perpetuo valitura Constitutione eiusdem Pij & Gregorij prædecessorum, huiusmodi Constitutiones prædictas, omniaque & singula in eis contenta, Apostolica auctoritate tenore præsentium, perpetuo confirmamus & approbamus; Librumque prædictum, cui titulus est, Augustinus Articulis, opiniones, & sententias in dictis Constitutionibus reprobatas atque damnatas, ut à Nobis compertum est, continentem & renouantem, aliaque omnia opera præsentibus nostris litteris subinserta, quæ alijs sub posteriori Decreto nostro prædicto registratis, per præsentis addimus, atque adiungimus, eadem auctoritate, per præsentis omnino prohibemus, ac pro vetitis & prohibitis haberi volumus & mandamus. Iubentes insuper sub omnibus pœnis, & censuris in prædicta Constitutione Pij prædecessoris, contentis (à quibus, nullus Romano Pontifice inferior, excepto mortis articulo, absolueri contrafacientes possit) ne quis cuiuscunque conditionis & qualitatis sit, etiam speciali & specialissima nota & expressione dignus, de prædictis, ut supra, damnatis, & in prædicto Libro contentis, alijsque (ut infra) subinsertis, Articulis, Opinionibus, sententijs, Libellis, Orationibus, Scripturis, Epistoljs, Thesis, quoque pacto loqui, scribere & disputare audeat; Librumque, & alia prædicta penes se retinere vel legere præsumat.

# INDICES

Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
24.

præsumat. Remanente nihilominus in reliquis in suo robore posteriori Decreto à Nobis in Sacra Supremæ & Universalis Inquisitionis Congregatione, ut præfertur, edito, Decernentesque sic & non aliàs in præmissis omnibus & singulis per quoscunque Interpretes, Doctores, Academiæ, Universitates, & Studia generalia, aliasque personas, Iudices Ordinarios, delegatos, mixtos etiam Nuntios nostros, & Sedis prædictæ, sublatæ eis, & eorum cuilibet, qualibet aliter iudicandi & interpretandi ac gloriandi & decidendi facultate & auctoritate, ubique iudicari & definiri debere. Irritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quanvis auctoritate scienter vel ignoranter attentatum forsan est hætenus, *vel* in posterum contigerit attentari. Non obstantibus omnibus quæ in dicto nostro posteriori Decreto volumus non obstatæ Ceterisque contrariis quibuscunque. Opera verò addita alijs, in calce posterioris nostri Decreti, ut præfertur, registratis & prohibitis, sunt sequentia, *videlicet*: Liberti Fromundi Sacre Theologiæ Doctoris, &c. Brevis Anatomia hominis, Louanij apud Iacobum Zegers, &c. Anno 1641. Conuentus Africanus, sive disceptatio Iudicialis apud Tribunal Præfulis Augustini, &c. enarratore Artemidoro Oneirocritico, A Rouën, Chez Nicolas de Montaigne Anno 1641. Memorial au Roy, incipiens, *lean Iansenius Chanoine*, &c. & finiens *contra illa duo Decreta Summarum Pontificum*, &c. Item attestatio Notariæ, &c. incipiens; *Ego inscriptus*, & finiens, *Petrus Mentari Notarius*. Approbatio sub nomine nonnullorum Theologorum ex varijs Religionibus, tam Ordinum Monachalium quàm Mendicantium, nec non Archiepiscopi Philippenfis, aliorumque Theologorum Clericorum Sæcularium, Doctrinæ Cornelij Iansenij in dicto Libro Augustinus, contenta, incipiens. *Quid censendum sit de doctrina in opere Reverendiss. D. Cornelij Iansenij Episcopi Iprensis sel. me. nuncup. Augustinus*, contenta patebit ex subsequentibus attestatibus Doctissimorum Virorum in Belgio & alibi existentium, &c. & finiens: *Ei ne publicè & Apostolice, ac dictæ Universitatis Notario & Scriba iurato; Quod attestor, Petrus Mentari Notarius*. Ut autem præsentēs nostræ Litteræ, omniaque & singula in eisdem Litteris, ut supra contenta ad omnium notitiam deducantur, nec illarum ignorantia ab aliquo allegari possit, volumus easdem præsentēs nostras Litteras, seu earum transumptum, etiam impressum (cui manu Notarij publici subscriptum, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munito, plenam ubique locorum, & tam in iudicio quàm extrà illud fidem adhiberi decernimus) in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ Valvis, atque in Acie Campi Floræ per aliquos ex Curforibus Palatij Apostolici publicari & affigi, earumque copiam inibi affixam dimitti, publicationemque, affixionem, & copiarum affixarum dimissionem huiusmodi in omnibus, & quoad omnia sufficere, & pro solemnè & legitima haberi, nec aliam publicationem in Regnis, Provincijs, Civitatibus, Oppidis, & locis requiri, aut expectari debere, omnesque, & singulos perinde arcere & afficere, ac si vnicuique nominatim ac personaliter intimatæ atque præsentatæ fuissent. Nollī ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, additionis, adiunctionis, prohibitionis, iussionis, Decreti & voluntatis infringere, *vel* ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. *Datum Rome, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quadagesimo primo, Pridie Nonas Martij, Pontificatus Nostri Anno Decimono.*

E. DAT.

Pisa de Curia P. Gentilis

F. Morola.

P. Ciampini.

SANCTE

## SANCTÆ INQUISITIONIS.

Feria 5. Die prima Augusti MDCXXXI.

*In Congregatione Generali S. Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram Sanctiss. D. N. D. VRBANO diuina providentia Papa Octauo, ac Eminentiss. & Reuerendiss. DD.S.R.E. Cardinalibus in Vniuersa Republica Christiana contra hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à S. Sede Apostolica specialiter deputatis.*

**A**Lias fel. record. Paulus Papa V. ad tollenda scandala & dissensiones, quæ in Ecclesia Catholica oriebantur occasione editionis Librorum & operum de Auxilijs tractantium, in generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis Decretum infrascriptum edidit. Sanctissimus D. Noster decreuit, vt scribatur Nuntijs Apostolicis, quod notificent & ordinent Superioribus Religionum, Vniuersitatibus Studiorum, & Ordinariis suæ Nuntiaturæ, ne finant imprimi in materia de Auxilijs, etiam sub prætextu commentandi Sanctum Thomam aut alio modo, & qui volunt de hac materia scribere, & imprimere prius mittant tractatus, & compositiones ad hanc sanctam Inquisitionem.

Cuius quidem Decreti tenor in executionem mentis Sanctitatis Sux omnibus prædictis per Nuntios respectiue legitime fuit intimatus. Ne tamen contra prædictum Decretum aliquid attentari contingeret, sed scandala, & dissensiones omnino cessarent; Sanctissimus D. N. in eadem Congregatione generali Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Feria Quinta, die 22. Maij, anno à Natiuitate Domini 1625. aliud suum Decretum edidit tenoris infrascripti.

Sanctissimus D. N. supradictum Decretum, hoc suo præsentis Decreto confirmauit, & innouauit, districtè præcipiens, & mandans omnibus, & singulis cuiusvis Religionis, Ordinis, Congregationis, Instituti, Societatis etiam de necessitate exprimendæ, Regularibus, & alijs quibuscunque tam Ecclesiasticis quàm Sæcularibus personis cuiusque status, conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis tam Ecclesiasticæ quàm Sæcularis, vt in posterum non audeant imprimere, *vel* quocummodo in lucem edere Libros, tractatus *vel* compositiones ex professo *vel* incidenter, aut prætextu commentandi Diuum Thomam, *vel* quemlibet alium Doctorem, aut alia quauis occasione, prætextu *vel* modo de materia Auxiliorum Diuinorum tractantes sine expressa & speciali licentia à Sanctitate Sua in Congregatione Sancti Officij obrinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apostolica fuerit ordinatum.

Vt autem huiusmodi Decretum inuolabiliter obseruetur eadem Sanctitas Sua voluit & declarauit contrauenientes pœnas priuationis, Dignitatum, Officiorum suorum vocis actiue & passiuæ, facultatis concionandi, publicè legendi, docendi, & interpretandi ipso facto absque alia declaratione incurrere, & nihilominus alijs etiam pœnis Sanctitatis Sux, & successorum suorum Romanorum Pontificum arbitrio infligendis, subiacere.

Libros porro, quos in futurum contra præsentis Decreti tenorem edi contigerit absque alia declaratione tanquam expressè prohibitos haberi voluit. Et Impressores præter amissionem Librorum pecuniarijs, alijsque corporalibus pœnis iuxta criminis grauitatem teneri mandauit. Contrarijs quibuscunque non obstantibus.

Cum verò Sanctitati Sux nuper innotuerit, in Ciuitate Louaniens. quosdam assertos Cornelij Iansenij olim Episcopi Iprensis Executores ex testamento, in lucem edicasse Librum, cui titulus Augustinus, ex professo continentem, & tractantem materiam de Auxilijs, nulla penitus petita *vel* obrepta ab hac Sacra Congregatione licentia

*Index Prohibit. Romanus.*

h h illum

# INDICES

Librorum  
PROHIBITORUM  
E. V.  
=4.

illum imprimendi; cuius operis occasione Patres Societates Iesu nonnullas in Civitate Antuerpien. de eadem materia tractantes Theses, pariter absque licentia eiusdem Sacrae Congregationis imprimi curasse, opinionesque Iansenij in prædicto Libro oppugnavisse: Rursusque nonnullos alios libellos, orationes, scripturas, epistolas, Theses infertur registrandas, tam pro dicti Libri Iansenij, quam Thesium à Patribus Iesuitis editionem, sed in graue scandalum & offensionem Ecclesiae Catholicae. Ut malis huiusmodi contraire. Pro nunc, eadem Sanctitas Sua inhaerendo Decretis à Paulo V. & à Sanctitate Sua emanatis, dictum Librum Iansenij, cui titulus, Augustinus, Louanij impressum, necnon Theses à Patribus Societatis Iesu Antuerpiae in lucem editas, aliasque scripturas in calce praesentis Decreti registrandas, iam vigore supradictorum Decretorum prohibitas, hoc praesenti suo Decreto, de nouo prohibet, ac pro prohibitis omnino haberi voluit. Mandauitque sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae ne quis cuiusque status, gradus, conditionis, & qualitatis etiam speciali & specialiter nota dignæ, librum & Theses praedictas, aliasque scripturas, ut supra, absque Sedis Apostolicae licentia in Congregatione Sancti Officii obtinenda, retinere ac legere possit. Insuper mandauit omnibus & singulis cuiusvis Religionis, Ordinis, Congregationis, Instituti Societatis, etiam de necessitate exprimendae, Regularibus, & alijs quibuscunque tam Ecclesiasticis quam Secularibus personis, cuiuscunque status, conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis, Abbatiali, Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali dignitate suffultis, Collegijs, Vniuersitatibus, sub praedictis poenis, ut supra, excommunicationis ipso facto incurrendae, Interdicti Ecclesiastici respectiue, aliisque arbitrio Sanctitatis Suae poenis infligen. etiam corporalibus, ne in posterum audeant imprimere, nec quoque modo in lucem edere libros, Tractatus, Compositiones ex professo vel incidenter etiam sub praetextu commentandi Diuum Thomam, seu in Philosophicis agendi de concursu causae primae cum secunda, & praesertim defendendi aut impugnandi Librum d. Cornelij Iansenij, cui titulus, Augustinus, vel Theses Patrum Societatis Iesu, aliasque scripturas, ut infra, prohibitas, aut alia quauis occasione vel modo de materia Auxiliorum Diuinorum, seu de Gratia & Libero arbitrio tractantes, sine expressa & speciali licentia à Sanctitate Sua in Congregatione Sancti Officii obtinenda, donec aliud in hac materia à Sede Apostolica fuerit ordinatum. Absolutionem verò à praedicta excommunicatione, necnon Interdicti suspensionem, & relaxationem Sanctitati Suae, & Sacrae Congregationi reseruauit. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs etiam S. Cruciatæ, Iubilæi etiam generalis, & facultatibus Missionariorum, ac alijs à sancta Sede emanatis seu emanandis; quibus omnibus in hac parte Sanctitas Sua derogat. Voluitque Sanctitas Sua hæc omnia suum plenarium fortiri effectum omnesque contrafacientes ut supra ligare, nec quemquam excusari posse etiam sub praetextu, quod Decreta Pauli V. & Sanctitatis Suae aliàs emanata, non fuerint in Prouincijs intimata, vel vñ recepta. Iterum quoque & inane quicquid super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernit. Contrarijs quibuscunque non obstantibus. Et ne praemissorum ignorantia possit ab aliquo praetendi voluit, ut Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad Valuas Basilicarum S. Ioannis Lateranensis ac Principis Apostolorum de Vibe, & in acie Campi Floræ affixa, omnes ita arceant & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent.

Nora Librorum, & Scripturarum Prohibitarum.

Libri, cui titulus Augustinus, impressus Louanij, Typis Iacobi Zegeri, anno 1640. & Parisijs 1641.

Theses Theologicae, de Gratia, Libero arbitrio, & Praedestinatione. Antuerpia, apud Ioannem Meursium, Anno 1641.

Cornelij Iansenij Iprensis Episcopi, &c. Laudatio Funeralis dicta à R. Fratre Ioanne à Lapide, &c. Louanij Typis Bernardini Marij, &c.

